nes vno termino dicantur, uidelicet ipso. a. Et sic totū antecedens uocetur a. cōclusio uero ad illud sit. b. At cōclusionis conclusio sit. c. terminis dispositis deducit cōsequentiā sic: si a. est. Et intelligo per a. aggregatū ex maiore: & minore: & per b. cōclusionē. Ultra: si b. est. c. est. & per c. intelligo cōclusionē conclusionis: quæ est terminus totius demonstrationis circularis: & ita intelligere oportet illud met aggregatū: quod intelligebatur per a. Aliter non cēt circulo demonstrare. Et licet ex b. non sequatur vnica demonstratione totum illud aggregatum: tamē diuersis demonstrationibus sequitur. Nā ex b. cū altera ppōnum, sequitur nunc vna: & cū altera sequitur nunc altera secūdo priorū. Accipit tamē gratia breuitatis ex b. sequi totū illud aggregatū simul. Igitur si a. est. c. est a primo ad vltimum medijs non variatis: sed. c. idem est quod a. (ut dictum est). Igitur si a. est. a. est. Et ita si omnium esset circularis demonstratio: non plus per illam demonstraretur: q. si a. est. a. est. qua ratione omnia esset facile demonstrare. ¶ Animaduertit: ut ex his: quæ Philoponus inquit colligitur. In uerbis Arist. est multiplex obscuritas. Prima quidem: quo elementa pro terminis accepit. Secunda uero: quo terminos pro propositionibus. Tertia deniq. : quo non explicauit quid per a. & quid per b. & quid per c. intelligat. ¶ Attamen (ut Philoponus per pulchre exponit) ipso a. utitur pro duabus ppōnibus syllogismi: Aut pro minore: derelinquens maiore in mente: & est melius: utitur enim a. pro hac minore: homo risibile. Ipso autem b. utitur pro conclusione, uidelicet. pro illa: homo est disciplinæ capax. Sequitur, n. homo est risibilis. Ergo homo est disciplinæ capax: quia in mente seruat q. omne

ppōnes hō risibile cōclō hō disciplinæ capax hō  
A minor ppōnes B minor A



risibile est disciplinæ capax. Quare hac in mente seruata: sequitur. homo est risibilis. ergo homo est disciplinæ capax. Et qm̄ circularis ostensio conclusionē capit: ut minorem propositionē alterā inferendo, Rursus ipso. b. utitur ut minore propositione inferēdo propositionē, quæ fuit a principio: hoc modo: hō est disciplinæ capax. Ergo homo est risibilis. Sequitur enim seruata in mente hac, omne disciplinæ capax est risibile hæc enim est conuertens maioris prime demonstrationis: quæ fuit in mente seruata. Quare patet: q. si homo est risibilis, homo est disciplinæ capax. Et conuertitur: homo est disciplinæ capax. Ergo homo est risibilis. ergo a primo ad vltimum. si homo est risibilis, homo est risibilis. Et sic omnia esset facile demonstrare. Qm̄ quantum est ex demonstratione: quæ sit per elementa: nullum uidetur absurdum conclusum esse: siq. dē per a. ostensum est. b. per b. uero. c. resumit sermonem: & addit ponatur a. in quo. c. hoc est ponatur idem a. c. Et sic concluditur a. existente. c. esse. Quare si a. quidem existente. b. est. b. uero existente. c. est. Idem autem erat. a. cum. c. Concluditur igitur q. a. existente. c. est: & cum c. & a. idem sit, concluditur a. existēte esse. a. hoc pacto Philoponus exposuit. ¶ Tunc uenio ad uerba. Dicit enim sic: Accidit uero dicentibus circulo demonstrationē esse, non solum

Cō. 35.

L

M

Contra option aliquorū

Cap. 2.

**A** solum quod nunc dictū est: hoc est ex posterioribus priorum, & ex particularibus uniuersalia demonstrari. Sed nihil aliud dicere q. quoniam hoc est: si hoc est: id est eadem eisdem & priora & posteriora esse: & notiora & ignotiora, quod quidem absurdum est: quoniam sic facile esset demonstrare omnia. Quod uero accidat dicentibus circulem demonstrationem esse: quoniam hoc est: si hoc est: proponit probare. & inquit. Manifestū autem est q. hoc accidat tribus terminis positus: & hoc merito: ut Philoponus subaudit, quoniam & demonstratio ad minimum est ex tribus terminis. hoc autem ideo: quia omnis syllogismus est ex tribus terminis: quare circularis ostensio ad minimum quidem est ex tribus terminis. Propositionibus uero duabus. Exponit autem hoc: & inquit. Per plures enim aut pauciores reflexionem dicere differt nihil: p. paucos autē q. per duos. Possibile enim est composito syllogismo utentes per plures terminos syllogizant: & reflectere circulari ostensione: atq. nihil refert siue plures sint termini: siue pauciores. Per paucos autem hoc est per pauciores propositiones q. per duas differt: quoniam impossibile est reflexionem fieri per pauciores tribus terminis: duabus uero ppōnibus: quoniam neq. syllogismum cōtingit per pauciora fieri. Deinde ordinat discursum circulem: & inquit. Quando enim a. existente: hoc est aut minore propositione: aut utriq. (ut diximus) ex necessitate erit. b. hæc est conclusio. Hoc autem existente uidelicet, b. quod: ut conclusio ab initio acceptum est: nunc autem: ut propositio, erit. c. scilicet vltima conclusio. ipso. a. existente. erit. c. quare a. existente ex necessitate. c. est. Sed. c. a. sumit idē cum a. ergo a. existente est. a. Tunc resumit rōnem: & inquit. Si igitur a. existente, necesse est. b. esse: hoc existente. b. necesse est esse a. (hoc enim erat circulo demonstrari) ponatur a. in quo. c. ponitur: & sequitur (ut inquit) igitur b. existente. a. esse dicere: est. c. esse dicere: qm̄ idē ponitur. Hoc autem. b. sequitur: qm̄ a. existēte. c. est: ut a primo ad vltimū patet. c. uero ipsi a. idē est: quare (ut inquit) contingit circulo dicentes esse demonstrationem nihil aliud dicere q. qm̄ a. est. a. est. Sic autē omnia demōstrare facile est. Nā. b. per a. demonstratur. c. uero per b. sed. c. est idē cū a. quare concluditur nihil aliud q. q. a. existente: necesse. c. esse: hoc est a. existente. a. est. hæc est expositio Philoponi. ¶ Quo uero ad uerba attinet, Arist. sumpsit. c. idem quod. b. quoniam in circulo. idē est principium & finis, sed quia differunt ratione, ideo quasi altero nomine uocauit. ¶ Sed dubitares, qm̄ per hāc rōnē non solum uidet destrui circulus in demonstrationibus: sed in syllogismis. Qm̄ si in syllis esset circulus faciam Arist. rōnē. s. q. a. syllogizabit. b. & b. syllogizabit. c. ergo a. syllogizabit. c. sed. c. est idē ipsi a. ergo a. syllogizabit. a. & sic omnia erit facile syllogizare. Quare per rationē Arist. non solum in demonstrationibus: sed in syllogismis circulus delebitur. ¶ Dicendū q. Arist. supponit demonstrationē circulem esse quoties prima demonstratio & secūda sunt eiusdem speciei. Nā tunc sequitur a. demonstrat. b. demonstratio simpliciter: & a priori: & b. demonstrat. c. etiā demonstratione simpliciter & a priori. ergo a. demonstrat. c. demonstratione simpliciter & a priori. Sed c. est idē ipsi a. ergo demonstratione simpliciter & a priori. a. demonstrat. a. Nō autē de syllō sic est, qm̄ licet a. syllogizet. b. b. nō syllogizat. c. eadē spē sylli: & p. p. a. nō sequitur: ut a. syllogizet. a. qm̄ syllogismi sunt spē differētes.

¶ At uero nec id ipsum fieri potest, nisi in hisce quæ mutuo se sequuntur, quemadmodum ipsa propria. ¶ At uero neq. hoc est possibile, nisi in his, quæ seinuicem consequuntur, sicut sunt propria. ¶ Vna expositio nostra est, q. nunc uelit Arist. ostendere eorum errorem in forma argumenti, qui concesserunt circulem ostensionem in demonstrationibus. Argumenta bantur enim ex vna singulari uniuersalē hoc pacto. Cōuertibilia possunt circulo demonstrari. Igitur omnia possunt circulo demonstrari. Obijcit ergo nunc contra formam huius argumenti, & inquit. ¶ At uero neq. hoc est possibile vltiter in omnibus. Sed solum in his: quæ seinuicem consequuntur: qualia sunt propria. Quare ex illa singulari non sequitur uniuersalis. ¶ Philoponus (ut mihi uidetur) sic exponit. At uero neq. hoc est possibile. s. eadem per idem demonstrari. Sed solū cum tres termini capiuntur ita se habentes adinuicem: ut vnusquisq. ad ceteros conuertatur: hoc est: ut ipsi æquiualeant. Hoc autem ē dicere quoniam oportet propositiones ex proprijs componi: ut puta: homo: risibile, mentis: & scientiæ capax. Vnū quodq. enim horum ad cetera conuertitur. Si enim non ita essent positi termini: nec omnino circulari ostensione uti possibile erit. non enim possibile esset: ut propositiones conuertantur. Siquidem uniuersalia affirmatiua non ad seipsam cōuertitur: sed ad particularem affirmatiua. Per quæ Philoponus dat intelligere Arist. locutū esse hypotheticē: quoniam non uult in conuertibilibus circularē demonstrationem fieri, quoniam probauit uniuersaliter in nullis fieri posse. Sed uult q. si circularis demonstratio sit possibilis: non sit nisi in cōuertibilibus. Præterea innuit esse intelligendum per propria propositiones: quæ componuntur ex proprijs. Nam tunc propositiones possunt uniuersaliter conuerti: ut Auer. dicit sunt autem propria subiectum: proprium: & definitio. ¶ Demonstratum est igitur prius uno quidem posito nunquā necessario aliquid aliud esse, uno in quā aut termino aut positione. Ex duabus autem positionibus primis ac minimis fieri posse, siquidē et ratiocinari contingit. ¶ Vno quidem igitur posito, ostensum est, q. nequaquam necesse aliquid esse alterum. Dico autem uno, quoniam neq. termino uno, neq. positione una posita. Ex duabus autem positionibus primis, et minimis, siquidem contingit et syllogizare. ¶ Cū dixisset sup̄ius illud accidere tribus terminis positus & q. per pauciores illud non contingat, nunc in hoc loco (ut Philoponus inquit) illud resumit, & subaudit dicitur est: quoniam a nobis secundo priorū ostensum est, q. vno termino posito, aut vna propositione posita syllogismū fieri impossibile est. Igitur vno posito ostensum est: q. nequaquam necesse est demonstratiue aliquid alterum esse. Exponit se, & inquit. ¶ Dico autem vno, quoniam neq. termino vno: neq. positione vna posita: Vocauit autem propositionem: positionem (ut Philoponus inquit) quoniam diuisit immediatas propositiones in Axioma: & Positionem: Positionem iterum in petitiones: & definitiones: & sic communiter omnē propositionem uocauit positionem: uel dixit hoc: quoniam præmissæ in syllogismo generali nomine propositiones dicuntur. In demonstratione uero speciali nomine positiones. Addit. Sed demonstratio sit ex duabus positionibus primis & minimis. Primis quidem: quoniam simplicissimis. Syllogismus enim ex pluribus propositionibus compositus non ex primis cō-

E

Cō. 36.

Phil. expō.

F

1. huius

Cō. 6.

G

Cō. 37.

Cō. 39.

H

I ponitur: sed ex pro syllogismis comprobatur. Minimis vero: quoniam non ex vna fit. Assignat causam, & ingit. Siquidem contingit & syllogizare: hoc est: quoniam vni uersaliter syllogismus ad minus ex duabus propositionibus componitur. *Animaduerte vt Philoponus inquit, primo priorum: ex vno vel termino vel propositione bene posse aliquid sequi illatiue: non autem syllogistice.*

*Si igitur a. & b. & c. mutuo se sequantur, sic tantum fieri potest ut ostendantur ex sese mutuo cuncta que postulata sunt in prima ratiocinationis figura, ut in libro priorum ostendimus. Quo loco etiam patebit ceteris in figuris, aut non fieri ratiocinationem, aut non ex hisce fieri que sunt sumpta.*

*Si igitur a. quidem ad b. & ad c. sequatur, & hæc adinuicem, & ad ipsum a. sic quidem contingit ex inuicem demonstrare omnia que sita in prima figura, ut dictum est in his, que de syllogismo. Vbi etiam ostensum est quoniam in alijs figuris, aut non fit syllogismus, aut non de acceptis.*

K *Obiter nunc ostendit in qua figura syllogistica conuersio fit: & probat quod in prima solum, & ut videtur ea probatione, qua exclusiue propositiones probantur hoc modo. In prima figura conuersio syllogistica fit & in nulla non prima figura fit, ergo tantum in prima figura syllogistica conuersio fit. Præiacentem exclusiue resolutorie hoc modo probat. In conuertibilibus fit syllogismus conuersiuus. Hæc sunt in prima figura. igitur in prima figura syllogistica conuersio fit. vnde inquit. Si igitur a. ad b. & ad c. sequatur: & hæc adinuicem, & ad ipsum a. hoc est, si igitur tres termini sint: vt & omnes conuertantur ad omnes, sic quidem contingit ex inuicem demonstrare omnia que sita in prima figura vt secunda priorum dictum est: hoc pacto vt conuertentes maiorem propositionem: & eam componentes cum conclusionem, alteram demonstramus, Vel conuertentes minorem: & cum illa componentes conclusionem maiorem demonstramus. Sic igitur patet in prima figura fieri conuersionem: quando propositiones sunt conuertibiles. Et subdit quod in secundo priorum etiam est demonstratum in alijs figuris aut non fieri syllogisticam conuersionem: aut non de acceptis. Et dixit aut non de acceptis: quoniam forte potest secunda figura reduci ad primam per conuersionem vniuersalis negatiue: quo casu posset in figura illa fieri ad alteram propositionem tantum: verum conuersio illa non esset de acceptis: sed ex extrinsecus assumptis. Philoponus longa expositione declarat quomodo in alijs figuris non fit conuersio: aut non de acceptis, sed quia secundo priorum hæc diligenter exposita sunt, satis sit hæc raptim tetigisse. Animaduerte quod textus iste potest sic ad ordinem reduci, vt dicamus quod Arist. velit assignare errorem eorum in forma: qui omnia circulo demonstrabilia esse asserunt ex eo quia conuertibilia circulo ostendi possunt. Et sumit duo, quorum alterum est quod conuertibilia possunt in prima figura solum demonstrari: & in nulla alia. Et hoc exponit in hoc textu. Alterum quod non conuertibilia non possunt circulo demonstrari, & hoc secundum sumit. & non probat: sed velut manifestum ex secundo priorum accipit. Ex his duobus remouet errorem in forma eorum: quia circulo omnia demonstrabilia esse dixerunt: vt textu sequenti declarabitur. Hæc de ordine.*

M *Ea uero que predicationem non suscipiunt mutuam, fieri non potest mutuo demonstrantur. Quare cum in demonstrationibus pauca talia sint, constat unum esse ac impossibile demonstratio-*

nem ipsam mutuam esse censere, atque ob id ipsum posse demonstrationem omnium esse.

*Quæ uero non mutuo prædicantur, nequaquam est demonstrare circulo. Quare cum pauca hæc in demonstrationibus sint, manifestum est quod & unum, & impossibile sit ex his, que sunt adinuicem, esse demonstrationem, atque propter hoc contingere omnium demonstrationem esse.*

*Cum cepisset recellere errorem in forma eorum: qui circulo omnia demonstrabilia esse dicebant, & cum accepisset alterum necessarium ad hunc errorem manifestandum, videlicet quod conuertibilia non nisi in prima figura demonstrari possint: nunc accipit alterum: & dicit, Quæ uero non mutuo prædicantur: nequaquam est demonstrare circulo, quoniam nec in prima, nec in alijs figuris. Ex his duobus concludit errores eorum, qui circulo omnia demonstrabilia esse dixerunt: & primus error eorum est: quo ad materiam, & inquit, Quare cum pauca hæc in demonstrationibus sint: pauca dico: quoniam non nisi in prima figura: & solum in affirmatiuis: & non nisi in primo primæ: manifestum est quod & vanum: & impossibile sit ex his, que sunt adinuicem esse demonstrationem subaudi in omnibus: hic est error quo ad materiam. Atque propter hoc contingere omnium demonstrationem esse: hic esse error in forma: dato enim quod in conuertibilibus sit: non propter hoc in omnibus est circularis demonstratio: & dixit vanum: quoniam eorum ratio non cogit. Dixit impossibile quoniam in nullis demonstratio circularis fieri potest, nisi si idem per idem demonstreretur. Quærit utrum demonstrationem circularis fieri possit. Pro declaratione vero tituli animaduerte: quod demonstratione circulari sunt duo processus. Primus qui dicitur conuersus: siue conuertendus. Secundus uero: qui conuertens: vel in quem conuertitur: nunc cupatur. Et hic est duplex: quatenus potest conclusio nunc cum conuersione maioris syllogizare minorem: nunc cum conuersione minoris syllogizare maiorem: vt secundo priorum dictum est. Est ergo quæstio utrum uterque syllogismus sit demonstratiuus. Et prima facie videtur utriusque demonstrationem esse: Nam Aristoteles secundo libro huius clarissime demonstrationem conuersiuam ponit. Præterea: vt in natura est motus ac circularis operatio sic in anima est demonstratio circularis. Insuper quod generi competit, speciei non repugnat. At syllogismo, quod demonstrationis genus est: competit circularis ostensio. Non ergo demonstrationi repugnat, quæ species est. Iuniores propter has rationes fortasse quatuor modis in demonstrationibus conuersionem fieri posse asserunt. Primo quidem in diuersis generibus scientiæ. Secundo in diuersis generibus causarum: in eodem tamen sciendi genere. Tercio in eodem genere scientiæ: eodemque causarum genere. Sed in diuersis indiuiduis atque suppositis. Quarto denique in eodem scientiæ genere: eodem genere causarum: atque eodem supposito: sed secundum diuersum modum. Sed quæ alientissima sic hæc a Peripateticorum scholis: ex eo primo patet, quoniam Arist. generatim in demonstrationibus circulares ostensionem improbrauit: vt Alexander, Themistius, & Philoponus testes sunt. Secundo etiam, quia primum membrum cum secundo concidit. Nam dum altera causarum per alteram demonstratur, altera (vt effectus) altera (quæ demonstrat) vt causa se habet. Tercio: quoniam tertium membrum impossibile videtur: nam cum alterum indiuiduum alterum demonstrat: idem specie est notius*

notius atque prius: ignotius atque posterius: & quidem ad nos: siquidem singularia nobis primo nota sunt. Quare cum indiuidua illa eiuſdem speciei sint: sit vt idem specie ad nos sit prius & posterius notum. Quarto etiam: quoniam quodam quod in quarto membro addit, frivolum est. Quippe cum de singularibus non sit scientia: nec eadem nec diuersa & sic quod non facit ad sciendum: nec ad sciendum differentiam facere videtur. Cum igitur indiuidua conditiones ad sciendum faciunt: nec ad sciendum differentias facere debent. Et ita valet: vt densus non est diuersum scibile a seipso: vt est rarus. Igitur non plus demonstrat per seipsum rarum ad seipsum (vt densum) quod hoc est: si hoc est. Themistius uero asserit in conuersione demonstratiua. Primum processum: qui ab effectu in causam est: esse syllogismum tantum. Secundum uero, qui est a causa ad effectum: esse proprie demonstrationem propter quid: vt secundo huius asserit: & in hoc primo: & in primo physice auscultationis, & sic in demonstrationibus circulari ostensionem negat: in syllogismis uero concedit. Quam positionem Alexander, & Philoponus aperitissime hic fatentur. Sed dubitares fortasse: quoniam ab effectu in causam syllogismus est, & cum non dialecticus: non enim generat opinionem: neque sophisticus, nec enim generat ignorantiam: ergo demonstratiuus. Philoponus rident quod est syllogismus coniecturalis, & quidem necessarius, velut ille, hæc mulier lac habet in mamillis: ergo fuit prægnans: hic enim syllogismus Signum, quod Arist. in rhetoricis recemerium: hoc est insolubile appellat, non tamen est demonstratio, nec dialecticus syllogismus, nec sophisticus: sed demonstratiua coniectura: per quæ Philoponus innuit syllogismi quatuor species esse: demonstrationem: dialecticam sophisticam: & signum: siue coniecturam necessariam. Secundo dubitares quo modo processus a causa in effectum sit demonstratio. Dicendum quod per effectum demonstratur causa non simpliciter: sed ex conditione, videlicet si ille effectus in alia causam reduci non possit. A causa uero in effectum demonstratio est propter quid: & per notiora naturæ, nobis uero inuenta per effectum, vt in meteorologicis diximus. Animaduerte tamen quod Themistius primo huius videtur asserere duplicem demonstrationem & propter quid: & quoniam: quibus Auerroes tertium genus, videlicet demonstrationem simpliciter addit: pro quæ oportet concedere conuersionem saltem difformem in demonstrationibus. Verum de his hæc tenentur rationes. Prima quidem: quoniam Arist. non de demonstratione: sed de scientia loquitur: vt postea dicemus. Secunda uero: quoniam similitudo claudicat. In arte enim multi circuli dantur: non tamen in demonstrationibus. Deletur tertia: quoniam concedam circulares ostensionem in demonstrationibus: vt demonstratio syllogismus est, non tamen: vt demonstratio. Ad contradictionem Themistij: pro presenti doctrina diceret: quod sicut syllogismus quoniam non est syllogismus absolute: licet dicat syllogismus quoniam: secundo priorum: & hoc, quia est syllogismus secundum materiam, sic demonstratio, quia non est absolute demonstratio, sed demonstratio quoniam: siquidem secundum materiam demonstratio est: cum sit ex necessarijs. Ad hoc enim vt aliquid dicatur absolute ac simpliciter tale, debet esse tale secundum formam. Quare concedi posset syllogismum ab effectu in causam esse demonstrationem quia, non tamen absolute demonstrationem. Quia licet ex necessarijs sit, non tamen secundum formam demonstratio nis, quia non ex primis, notioribus, causis, & ceteris constat. Quare demonstratio quia absolute syllogismus est tamen: quoniam secundum formam

ma est syllogismus. Non tamen dicitur simpliciter demonstratio, sed secundum materiam: quia ex necessarijs, velut nec homo albus secundum dentes: dicitur absolute albus.

*Cum autem fieri nequeat ut id aliter sese habeat cuius est ab absolute scientia, id necessarium est profecto quod demonstratiua sciendi scientia potest, atque ea est demonstratiua scientia quam habemus demonstrationem habendo. Est ergo demonstratio ex necessarijs ratiocinatio.*

*Quoniam autem impossibile est aliter se habere id, cuius est scientia simpliciter, necessarium utique erit scibile, id quod secundum dematiua scientiam est. Demonstratiua autem est, quam habemus in habendo demonstrationem. Ex necessarijs itaque syllogismus est demonstratio.*

*Cum redarguisset eos, qui nullius demonstrationem dicebant, & eos: qui omnia demonstrabilia esse supponebant, nunc consequenter, & ordinatim (vt Philoponus exponit) redit in id: quod ab initio incepit, videlicet quid non sit demonstratiua scientia, Sed quoniam hoc sciendum non possumus, nisi sciuerimus, quorum est demonstratio, & ex quibus est demonstratio: ideo resumit de his sermonem, & declarat subiectam materiam demonstrationi, & secundum Philoponum procedit a primo ad ultimum sic, Id, cuius, est demonstratio: impossibile est aliter se habere, ergo demonstratio est quid necessarium. Demonstratio est quid necessarium, ergo demonstratio est ex propositionibus necessarijs. Non, nisi necessarium ex non necessarijs demonstrari potest. Et sic non solum simpliciter verorum est demonstratio, sed etiam necessarium, & ex necessarijs propositionibus, Sic Philoponus ordinatim: & sic legitur secundum ipsum. Quoniam autem impossibile est aliter se habere, id cuius est scientia simpliciter: id est, quoniam scibile impossibile est aliter se habere, id quod secundum demonstratiua scientiam est scibile: erit necessarium: hoc est demonstratio erit quid necessarium. Nam si scibile: hoc est problema demonstratiuum impossibile est aliter se habere: demonstratio erit quid necessarium, & problema demonstratiuum etiam erit simpliciter necessarium. Deinde argumentatur ulterius, demonstratiua autem est, quam habemus in habendo demonstrationem, hoc est demonstratio est quid necessarium, cuius conclusionem habemus in habendo demonstrationem, itaque hoc est demonstratio est syllogismus ex propositionibus necessarijs. Porro & aliter legi textus intelligendo per scibile, cuius est scientia simpliciter: vel quod est secundum demonstratiua scientiam, conclusionem, quæ in principio est quæstio scientifica: in fine est conclusio demonstrata. Et tunc lege sic, quoniam autem in cuius est scientia simpliciter, hoc est ipsum simpliciter scibile est impossibile aliter se habere, ipsum scibile, quod secundum demonstratiua scientiam est, necessarium est. Est enim definitio necessarium, quod sit id: quod impossibile est aliter se habere: locus enim est a definitione ad definitum, qui locus est necessarius, & optimus: hoc est primum Enthymema. Deinde facit secundum Enthymema, & intelligitur (vt prius) hoc modo, demonstratiua autem est quæ habemus in habendo demonstrationem: id est demonstratio est quid necessarium: cuius conclusionem habemus in habendo demonstrationem: tunc dat conclusionem: quæ intendit: & inquit, Ex necessarijs ita syllogismus est demonstratio. Quo uero ad verba attinet, Animaduerte quod duplex est necessarium: vt Philoponus asserit, Alterum ex suppositione: vt necessarium est infirmum flebothomari, non enim simpliciter necessarium est: sed si debet sanari. Alterum simpliciter quod videlicet in-*

E  
Tcx. 7.  
C6. 40.  
F  
C6. 40.  
G  
H  
Verborum expositio Necessaria duplex

**I** possibile est aliter se habere: vt solē oriri, cū ergo ait id: quod impossibile est aliter se hēre esse necessariū simplr necessariū intellexit. ¶ Dubitant cōtra id: quod Arist. supponit. In necessariū nō nisi ex nō necessarijs demonstrari. Quā ex contingētibus aliquando necessariū syllogizari: Nā se quē, cōtingit oē currens esse animal: contingit oēm hominē currere. Ergo necessario omnis homo est animal. ¶ Iuniores dixerunt necessariū ex nō necessarijs syllogizari posse: nō autē demōstrari. ¶ Sed cōtra adhuc dubitāt. Primo quidē quia primo priorū dicit, qd conclusio debet esse similis alicui propositionum, ergo non pōt conclusio esse necessaria: quā altera ppositiō sit necessaria. Secundo, maior dicit syllogismi non videtur contingens, qm impossibile est aliter se habere. ¶ Quicquid sit, dicendum ex contingentibus: seq. necessariū: nō quidē ppter quid: sed quoniam: vt scōdo priorū dicit ex falsis syllogizari verū. ¶ Sumendum est igitur ex quibus qualibet demonstrationis cōficiuntur: Atque primo determinemus, quid de omni, quid per se, quid uniuersaliter dicimus. ¶ Accipiendum ergo est ex quibus, & qualibus demonstrationes sunt, Sed primo determinabimus quid dicimus de omni, & quid per se, & quid uniuersaliter. ¶ Cum resumpsisset qd demonstratio sit ex necessarijs ppositionibus, & hoc quia est de necessarijs pblematibus: nunc ordinat se ad ea: quae diciturus est post hęc, & dicit. ¶ Accipiendū ergo est ex quibus pponibus necessarijs & de quibus pblematibus necessarijs demōstrationes sunt. ¶ Philoponus per verbū quibus intelligit ex quibus propositionibus: per verbū qualibus intelligit, s. pblematibus: vt sit sensus: cū demonstrationes sint ex propositionibus necessarijs: & de pblematibus necessarijs. Ergo post hęc accipiendū est ex quibus pponibus necessarijs: & de quibus pblematibus necessarijs sunt demonstrationes ipse. Nā dicitur demonstrationes esse ex ppositionibus necessarijs: & de pblematibus necessarijs: in quibus pcedatū dicitur de omni subiecto, & per se, & uniuersaliter. Afferit tñ ordinē, & inquit. Sed primo determinabimus quid dicimus de omni subiecto pcedari: & quid p se de subiecto pcedari: & quid etiā uniuersaliter de subiecto pcedari. ¶ Huius intētionis (vt ex verbis Themistij colligi pōt) duae causae vident, prima quidē: vt abundemus pponibus, his enim tribus cognitis & idoneis: & abundemus ppositionibus: quibus & de quibus sunt demonstrationes. Et quidē facile: ppones poterimus inuenire ad de monstrandū omne pblema demōstratiū. Secunda vero qm cū demōstrationes sint ex necessarijs ppositiōibus & de necessarijs pblematibus: & necessariū ipsum multiplex sit nisi ipsum distinxerimus, non poterimus scire ex quibus pponibus: & de quibus pblematibus demōstrationes sunt. ¶ Ordinis vero causa est: quoniam uniuersaliter pcedari intelligi non pōt sine pcedari per se. Pcedari vero p se, minime sine pcedari de omni: ergo prius accipiendū est qd sit pcedatū dici de omni vel de aliquo subto: scōdo qd sit dici p se vel per accēs de subto. Et tertio q sit sit vlt vel non vlt de subto dici. ¶ Quo vero ad verba attinet: Arist. dicit esse accipiendū ex quibus & qualibus demonstrationes sunt: nō autē dixit ex quot qm necessariū non est secundū numerū pcedatorū: ideo nō oportet perquirere ex quot necessarijs demōstrationes sint. At quia pblema est secundū numerū pcedatorū: ideo primo topicorū Arist. proponit dicere ex quibus &

qualibus: & quot sit dialecticus syllogismus. ¶ *Id itaq; de omni dicimus quod non cuiquam inest, cuiquam non inest, nec interdum competit, interdum non competit, nam si animal omni de homine dicitur, si uerum est hunc dicere hominem, uerum est eum & animal dicere. At si nunc uerum est & alterū dicere, uerum est & alterum dicere. Et si in omni linea punctum inest, similiter.* ¶ Et de omni quidem hoc dico, quod utiq; est non in quodam quidem, in quodam autem non. Neque quod aliquando quidem, aliquando uero non. Vt si de omni homine animal, si uerum est quidem hunc dicere hominem, uerum est etiam dicere animal. Et si nunc alterum, & alterum. Et si in omni linea punctum similiter. ¶ Cum pposuisset se uelle dicere, quid sit de omni subiecto pcedari: & quid per se de omni subiecto pcedari, & quid uniuersaliter de omni subiecto p se pcedari: nūc hęc psequitur: & primo exponit quid sit de omni pcedari. ¶ Themistius distinguit duplex de omni: Alterū quod in libro de syllo est definitū: qd Iuniores prioristitū appellat: Alterū qd hic definitur: quod posterioristitū uocant: & innuit inter hęc hanc dīam: qd de omni prioristitū sit contractū ad materiam de inesse: quoniam de oī prioristitū est: quod non semp: sed aliquando omnibus inesse dicit, & sic de omni prioristitū est, quando pcedatū de in esse aliquando inest omni subiecto. De omni uero posterioristitū est contractū ad materiam necessariā, & hoc super addit illi uniuersalitatē temporis. Quā nō aliquando pcedatū inest omni subto: sed semper. ¶ Quam differentiam Philoponus etiā assignauit: cū dixit, nā ibi quidē de omni dicebat: quod omni inesse: & si non semper dicatur. Cuius causam assignat Philoponus ex eo, quia ibi non indigebat ipso uerbo semper: qm non faciebat sermonē de demōstratiuo syllo: sed simplr de syllo, in quo huius solius indigentia est, uidelicet qd omnibus subiectis inest pcedatū. Hoc tamen in loco: & uerbo omni: & semp indiget: quoniam loquitur de demōstratiuo syllo. Et sic Philop. cū Themistio eadē differentia inter hęc assignauit. ¶ Addebamus in inuenta qd sit etiā de omni dialecticū: siue topicū: utputa qd ad materiam pblemā cōtrahit: & hęc requirit uniuersalitatē temporis: atque subiecti: non uere: aut secundū opinionē sed apparenter. ¶ Nūc uero salua pace Themistij, & Philo. vlt mihi esse dicendū qd nō intellexerūt differentia inter hęc. Præterea dicendum de omni posterioristitū esse: cū pcedatū inest omni subiecto secundū rē: siue consensu sumat omni subto inesse: siue non sumat. Vt hō est animal. Nā animal secundū rē inest omni homini: vlt: & semper: siue consensu inesse sumatur. siue non sumatur: De omni uero prioristitū est ppositione ac cōsensu pcedatū sumitur omni subto inesse: siue inest simplr: siue nō inest: modo enim sumat: vt pōtū omni inesse: dicit de omni prioristitū. Causa autem qm syllo non est semper ex ueris: sed ex quibusdā ppositis, vt ueris. Demōstratio autē ex ueris & necessarijs, q sunt p se uera, & necessaria. De omni autē dialecticū ē: qm pcedatū secundū opinionē inest omni & semp. At de omni sophisticiū est: qm pcedatū inest omni subiecto & semp apparenter. Ex quo patet ipsum de omni prioristitū nō esse contractū ad aliquā materiam, vt Themistius, & Philo. dicere

**A** dicere uidentur: sed ē cōe ad oēm materiam: ueluti syllo sim pliciter est communis omni syllo. ¶ Describit ergo Arist. de omni posterioristite: & inquit: & de omni quidē hoc dico: qd vlt: sit pcedatū non in quodā quidē: in quodā autē nō. Per quae dat intelligere vltatē subiecti: neq; quod aliquā quidē, aliquā uero nō: p quae dat intelligere vltatē tēporis: & ponit exemplū: & inqt. Vt si de omni homine animal pcedatur. nā tunc animal de omni homine dicit: cuius cām assignat: & subaudi qm si uerum est dicere hunc, esse hominē: uerū est etiā dicere esse animal: & hoc quo ad uniuersalitatē subiecti. & si nunc alterū uerū ē dicere, & alterū etiā uerū est dicere, & sic innuit vltatē tēporis. Quā hō non interdū quidē est animal: interdū uero nō est animal: sed semp & hō est, & animal. In dormiēdo uero non ita est, quoniam hominē quidē existētē: aliquando quidē contingit dormire: aliquando nō: animal autē aut mortale: vlt: & semp. Et si in omni linea punctū: sibi hoc est non interdū quidē inest lineae punctus: interdū autē non inest, sed vlt: & semper. ¶ Sed circa hęc dubitant. Primo quidē cur reticuit pcedari de nullo: & esse in toto. ¶ Amplius dubitant: quia non bene definit Arist. pcedari de omni per duplicē negationē: quoniam per puras negationes, nihil definitur. ¶ Præterea dubitant ptermisit loci vltatē, cū vltas loci necessaria sit ipsi pcedari de omni non minus qd uniuersalitas tēporis. ¶ Insuper vlt qd uniuersaliter pcedari, & de omni pcedari idē sit: ergo alterū supfluit. ¶ Demū quærūt quae dīa sit inter pcedari de omni: & uniuersalē propōnē. Cū vltis ppositio sit, qm nihil est sumere subiecti, de quo nō dicatur pcedatū. ¶ De sententia dubōnes & prima quidē: qm ppter duas cās ptermisit pcedari de nullo, primo quidē: quia satis eius definitio colligitur ex definitiōe eius: quod est pcedari de omni. Secūdo uero, qm solius demōstrationis, potissime cōditiones inquirunt: nō omnis talis est affirmatiua. Omisit ēt esse in toto. Primo quidē, qm cōcidit cū pcedari de omni. Secūdo uero, qd hęc scētia est resolutoria: & resolutio a pcedato incipit. Præterea quæcumq; de illo dixit. Primo priorū fuerūt sufficiētē dicta. ¶ Delet etiā. Secūda: qm nihil prohibet descriptionē p negationes assignari. Secus ē de definitione. Est autē assignata hęc descriptio p negationes, qm per affirmationes esset falsū: nā sic daret, pcedatū de omni est qd inest in quolibet subiecto, & semp. Modo hoc significaret, qd semp subiectū hēt plura sub se, & sic lucidū nō diceret de omni sole, & ppter ea bene dixit qd nō in quodā sit: & in quodā non sit, neq; aliquā quidē: aliquando non. Nā si animal pcedatur de homine ante mūdi creationē, pcedaret de omni: & non semp, cū non esset tēpus. ¶ Tertia quoq; delet, qd locus sit magis de conditione indiuidui, qd de conditione vltis. Satis, n. sit, vt pcedatū inest omni subiecto, & hoc potius secundū tēpus est, qd secundū locū. ¶ Quarta deletur, qm vlt pcedari est de omni pcedari, & p se, & primo: at de omni pcedari: nō est nisi cū pcedatū inest omni subiecto: & semp. Dīa uero inter pponē vlt: & dicit de omni nō est scdm rē: qm idem sunt. Differūt autē eo solū, qd dicit de omni det intelligere extremitatē minorē sub maiorē extremitate accipi, quā acceptiōnē nō denotat ppositio uniuersalis. ¶ Atq; huius signum est id quod facimus. Hoc enim pacto solemus inficiationes afferre cum interrogamur de omni, si de aliquo non dicatur, aut si interdum non inest. ¶ Signum autem est, namque instantias sic ferimus. Vt de omni

interrogati, aut si in quodam non, aut si aliquando non. ¶ Cum accipisset in descriptione eius qd est dici de omni demōstratiū uniuersalitatē subiectorū, & tps: pbat nūc ex instantijs, quae ferunt contra demōstratiuas pponēs. Qui, n. stant contra aliquā pponē demōstratiuā, nō solum putant redarguere ipsam si ostēdunt non omni subiecto inesse pcedatū: aut non inesse: sed etiā si semp inest, aut nō inest. Vnde (vt Themistius inquit) qui reprēhendere hoc genus uolunt, solent alterum pbare, aut qd alicui vni non inest, aut qd aliquando non inest. Instamus enim contra hanc: omnis homo disputat: vel quia mutus homo non disputat: vel quia dū dormit, non disputat. Sed quot modis aliquid destruitur, tot modis construitur: igitur si ppter temporis particularitatem dicitur de omni destruitur: propter temporis uniuersalitatem construitur. Similiter si subiecti particularitatem destruitur, propter subiecti uniuersalitatem cōstruitur. Igitur vtraq; uniuersalitas necessaria ē. ¶ Animaduerte qd ipsi dicto de omni datur duplex contradictoria, aut vna contradictoria habens duas causas ueritatis: uidelicet hęc, non omnis homo disputat, quae uera est. Si quidam homo non disputat ut mutus. Si, n. aliquis homo non disputat: sequitur qd nō omnis homo disputat. Amplius uera est, si aliquando nō omnis homo disputat, utputa dū dormit. Sequitur, n. dū dormit, non omnis homo disputat. Ergo non omnis homo disputat. Quare si duabus causis ueritatis uera est cōtradictoria, dictum de omni construetur duplici uniuersalitate: inquit. ¶ Signum autem est: nāq; instantias sic ferimus, vt de omni interrogati: aut si in quodam non, aut si aliquando non. In dicto de omni prioristite instamus solum vno modo, uidelicet si in quodam non. dicto uero de nullo instamus: si in quodam sic: nulla habita ratione ad tempus. ¶ Vnde Philoponus inquit. Quod ipsum de omni in tale, uelut diximus superius. Signum est, qd interrogati concedere, demōstratiuis propositionibus: uidelet si omnis homo est animal: omnis homo differit: instantias proferunt: nō solum quærentes si omni subiecto inest pcedatū, sed si etiā omni quidem: sed non semper. Erit, n. manifestum qd non inest omni: nisi semper de omni erit subiecto pcedatū. hęc de dicto de omni sufficiant. ¶ Per se autem dicimus ea quae sunt in ratione quid est dicente, aut triangulo linea, & linea punctum inest. Ex his enim ipsorum substantia constat, & haec insunt in ratione quid est dicente. ¶ Per se autem sunt, quaecumque sunt in eo quod quid est. Vt triangulo linea, & linea punctum. Substantia .n. ipsorum ex his est, & in ratione dicenti quid est, insunt. ¶ Cum determinasset quid sit de omni, descendit ad ipsum per se. Et secundum Philoponum quatuor assignat ipsius per se significata. Verum aliter Philoponus: aliter Themistius. Primum significatum ipsius p se intelligere videtur. ¶ Philoponus, n. simpliciter Afferit. Primum ipsius p se significatum, quod dicitur de aliquo pcedatur in ipso quid est, qd quidem in definitione illius assumitur. ¶ At Themistius inquit. Primum ipsius p se significatum esse eorum: quae cum de omni dicantur: in eo qd sit rei esse de subiecto dicuntur: p quae dat intelligere ipsum de omni esse ueluti genus ipsius primi significati per se, quoniam non omne quod pcedatur de omni, pcedatur p se, nā de omni Cigno candidum pcedatur, quia & semp, & omni Cigno cadōr inest, nō tñ in eo, qd sit Cigno esse. Vñ

**Respon.**  
**Iuniorum**  
**Vide in c.**  
**17. huius**  
**Obiectio-**  
**nes.**  
**Ca. 17. &**  
**29.**  
**Prima.**  
**Secunda:**  
**Quid di-**  
**gendum.**

**K**

**Tex. 8.**

**U. 41.**  
**Cōtinua-**  
**tio.**

**Philopo.**

**L**

**Que cāe**  
**intento-**  
**nis secū-**  
**dū The.**  
**Prima.**

**2. causa.**

**M**

**Cō ordi-**  
**nis.**

**Verborū**  
**expōitio**

**N**

**Cō. 42.**

**O**

**Them.**  
**Dicit de**  
**oī duplex**  
**1. prior**  
**2. primo.**  
**Differētia**

**Philopo.**

**P**

**De oī to**  
**picum.**

**De oī so-**  
**phisticiū.**  
**refutatio**  
**expōitio**  
**Themistij**  
**Philopo.**

**pp. 2. pōi**

**Q**

**Causa.**

**E**

**Cō. 43.**

**Them.**

**F**

**Dicit de**  
**oī duplex**  
**contradi-**  
**ctoria da**  
**tur.**

**G**

**Philopo.**

**Text. 9.**

**H**  
**Cō. 44.**

**Phi. de. 2.**  
**signato**  
**them.**

dicat. Per se aut sunt. s. predicata: quoniam cum dicitur de omni, sunt in eo, quod quid est. Cuius exempla ponit, & inquit: ut triangulo linea. Est. n. triangulus figura plana tribus lineis contenta & lineae punctum. Nam linea est longitudo, cuius extrema sunt duo puncta. Horum explorum cam assignat, & inquit. Substantia. n. ipsorum. s. trianguli, & lineae ex his est, scilicet trianguli ex lineis, & lineae ex punctis: & in ratione dicente quid est triangulus: & quid est linea, insunt haec predicata. Philoponus de definitione lineae dicit, quod illa definitio non fit propria, quoniam in linea non est punctus ut pars. Propterea ait lineae definitionem esse, quod sit magnitudo in vniuersum diuisibilis. Potest tamen dici quod licet puncta non sint partes constitutivae lineae: sunt partes definitivae, per quas linea definitur, veluti triangulus definitur per lineas. Dubitant Iuniores, nam in hac propotione, animal est homo: & in illa: Animal rationale est homo: hoc praedicat de animali, vel de animali rationale: ideo quod dicitur qualia praedicata sint. Praeterea in hac, hoc est equus, equus praedicat de homine, ideo quod dicitur quod animal sit. Quidam dixerunt, oes has praedicationes esse per se primo modo reductive. Sed hoc videtur difficile, quoniam oes quod ad aliud reducitur: dependet ab eo, in quod reducitur, ut secundo philosophicae auscultationis colligit. Modo nec conuersa a conuertente, nec contra conuertens a conuersa dependet. Propterea vel dicitur in nulla illarum duarum hominem esse naturale praedicatum de animali, sed potius contra vel dicendo quod liber illarum duarum esse per se secundo modo, quoniam subiectum est aut praedicatum definitio, aut definitionis praedicatum pars. Quae rursus quot sunt species praedicatorum per se secundum hunc primum modum. Quidam Iuniorum in hoc primo modo esse quatuor species, siue gradus. Nam in primo gradu reponitur vniuersam definitionem. In secundo vero parte definitionis genus vel species. In tertio reponitur oes magis coe respectu minus cois: quo gradu es per se primo modo asserunt praedicari de quolibet. In quarto gradu idem asserunt praedicatum de seipso: ut hoc de homine. Sed haec non sunt peripatetice dicta quoniam Aristoteles, ut Themistius & Philoponus exposuerunt ea praedicatorum de omni per se primo significato esse asserit: quoniam in ratione dicente quid est ipse subiecti insunt. Modum nec hoc inest in ratione sui ipsius: nec ens in ratione alicuius entis. Praeterea ens non est praedicatum: ut primo topicorum constat, quia nec genus nec definitio: nec accens nec proprium. Iterum nec hoc est praedicatum de seipso. Primo: quia hoc sub nulla ratione praedicatum ipsi homini competit. Secundo: quia (ut Philoponus inquit). Praedicatum semper vult esse aliquid ex parte diuersum a subiecto. Quare dicitur: quod in primo significato verbi per se sola ea intelliguntur: quae cum praedicant de omni: insunt in ratione definitiua subiecti, dico in ratione definitiua: quia si inest in ratione descriptiua subiecti. non ob id essent per se praedicata in primo significato, & sic de finitio: & definitiois partes sola praedicata sunt per se hoc modo. Haec tamen de primo significato verbi per se. Et item ea quorum in ratione quae quid est patet, ea ipsa sunt quibus insunt. Et quibus conuenit eorum, quae insunt ipsis, ea in ratione insunt, quid est declarante. Cum accipisset primum significatum verbi per se: hic assignat secundum. Et vult (ut Themistius exponit) quod ea accidentia in quorum ratione quid est declarante subiecta insunt, haec per se his subiectis inesse dicuntur. Per quae dat intelligere accidentia de propriis subiectis per quae definiuntur: per se praedicari secundo modo verbi per se. Alibi, n. hac significati ratione per se

de homine non praedicat, quoniam homo non collocatur in ratione dicente quid est albi. Similitudo vero hic significati ratione per se naso inest, quia definitio similitudinis nasi cavitatis est. Sciendum vero (ut Philoponus animaduertit) verba Aristoteles. hinc quandam obscuritatem propter verbum illud ipsis. Tamen inquit. Et quibus conuenit eorum: quae per accidentia aliquibus insunt: ea in ratione insunt quid est declarante: hoc est ea subiecta, quibus insunt accidentia: in ratione assumuntur accidentia declarante quid est: ut totum sit tale: & haec dico per se: quae habet suum esse in alijs, quorum in definitionibus subiecta ipsorum assumuntur. Et dixit. In ratione insunt, quid est declarante: quae si poneretur in descriptione ex accidentibus collecta, quae non declarat quid est: non inest per se hoc modo. Quo pacto lineae quidem rectum & curuum inest, numero vero par atque impar, primum atque compositum, figura denique: laterum aequalium ac altera parte longior. Atque in horum quidem definitione numerus, in illorum autem linea inest. Quae igitur aut illo, aut hoc insunt modo, per se cuique competere dico. Veluti rectum & curuum insunt lineae. Et par & impar numero. Et primum & compositum. Et isopleurum, & altera parte longior, & omnibus his insunt in ratione quid est dicente. Illinc quidem linea, hinc vero numerus. Similiter autem & in alijs huiusmodi unicuique per se esse dico. Quae dixerat de secundo significato verbi per se: nunc quatuor exemplis exponit. Prima duo apud Expositores graecos non sunt difficilia, quoniam illa concorditer exponunt. Vnde dicit. Veluti rectum: & curuum insunt lineae: subaudi hoc secundo modo per se: quoniam in definitione ne recti linea ponitur: est enim rectum linea: cuius medium non discrepat ab extremis. In definitione etiam curui linea collocatur: est enim curuum linea, cuius medium discrepat ab extremis. Et par & impar hoc modo per se insunt numero: quoniam numerus ponitur in definitione eorum. Nam impar est numerus in partes inaequales diductus. Par vero numerus in partes aequales diductus. Haec ergo duo exempla perspicua sunt asserit tertium: & inquit. Et primum & compositum subaudi eodem modo per se numero insunt: quoniam in definitione cuiusque horum numerus ponitur. Intellegit autem Alexander per primum numerum, non primum secundum se: sed primum ad aliud: ut puta, qui a sola vnitatem mensuratur: ut quaternarius: septenarius. xi. i. Neque enim a duitate: neque ab vilo alio modo hi mensurantur. Sed a sola vnitatem ipsa. Compositos vero eos esse asserit, qui ex vnitatem & alio quodam numero: aut numero mensurantur. Ut senarius: etenim a duitate: & trinitate, & vnitatem: mensuratur. 9. etiam vnitatem, & ternario. i. 2. vero vnitatem: binarijs: ternarijs, & quaternarijs. Quare per primum numerum Alexander intellegit qui sola vnitatem mensurari potest. Per compositum vero, qui vnitatem & alio vel alijs numeris. Sed contra Alexandrum obiicit Philoponus quoniam Aristoteles. non pluraliter dixit primos numeros: sed singulariter primum & compositum. Et sic per primum intellegit Philoponus primum simpliciter: per compositum vero est: qui ex primo simpliciter componitur. Potest autem Alexander defendi: quoniam primum accipitur in definitio: & sic pluraliter intelligi potest. ut homo currit: est vera: si plures homines currunt. Haec de tertio exemplo, deinde asserit quartum: & inquit. Et isopleurum: hoc est aequilaterum: & altera parte longior: hoc est gradatum. Et Alexander intellegit in figuris. Est enim figura triangula quaedam aequilatera, quaedam gradata

data: cuius altera pars longior est. Quae expositio (ut Philoponus inquit) videtur verisimilis. tamen aliter exponit: & vult Aristoteles. haec in numeris intelligere, est enim aequilaterus numerus. ut. 9. quoniam externario in seipso ducto factus est. Altera vero parte longiores dicimus eos: qui ex inaequalibus numeris multiplicatis resultant: ut puta. i. 7. nam componitur ex quinario ducto in ternario. Quod autem non in figuris haec: sed in numeris accepit: declarauit ex his: quae subscribit: & inquit. Et pro nam, quasi dicat, nam omnibus ipsis insunt in ratione quid est declarante: hinc quidem linea, hinc vero punctus. Hoc est in definitione omnium eorum: quae dicta sunt: insunt subiecta ipsis: hic quidem linea hoc est in recto & curuo linea. In alijs vero numerus. & sic eque laterum, & altera parte longior non in figuris: sed in numeris accepit: Haec Philoponus. Si quis autem velle: possit defendere Alexandrum: & dicere: quod in definitione omnium eorum: quae dicta sunt, ponitur aut linea, aut numerus. Linea quidem in definitione curui & recti. Isopleuri & altera parte longioris. Est. n. Isopleurus triangulus aequalibus lineis contentus. Altera parte longior est triangulus altera linea inequali. Et sic in definitione curui & recti linea ponitur: ut genus, in definitione Isopleuri & altera parte longioris linea ponitur: ut differentia. In definitione vero paris & imparis primi & compositi ponitur numerus. Addit & non solum haec quae insunt numero & lineae sunt praedicata per se secundo modo, sed sicut in alijs huiusmodi per se esse dico unicuique subiecto, quod ponitur in eorum definitionibus. Et sic potest Alexander defendi. Quae rursus quot sunt gradus: siue species huius secundi modi. Respondent Iuniores quod aliqua praedicata reponuntur in hoc modo directe: aliqua per reductionem: quae directe reponuntur: sunt vel quae fluunt ex principijs speciebus: ut risibile, & disciplinabile ex principijs hominis, vel quae fluunt ex principijs indiuidui: ut Simum ex principijs huius vel illius hominis. Per reductionem vero asserunt quatuor reponi in hoc secundo modo. Sed videtur quod per reductionem nihil reponatur in hoc modo, quoniam nihil reducitur ad aliud: quod non dependet ab illo: ut superius dictum est. Propterea dicendum: quod praedicata secundum modi quaedam sunt naturalia. In quorum definitionibus ponuntur subiecta ut homo est risibilis: vel nasus est simus: quaedam sunt praedicata non naturalia. In quorum definitionibus ponuntur subiecta: ut animal est homo: & substantia est animal. Homo. n. de animalibus: & animal de substantia innaturaliter praedicantur, & subiecta ponuntur in definitionibus praedicatorum. Ex his sequitur quod non oportet praedicata secundum hunc modum esse de omni ut ex verbis Themistii colligitur. Satis enim est: ut subiectum ponatur in definitione praedicati, nec aliud requiritur secundum Themistium: & Philoponum. Quae vero neutro modo competunt accidentia quemadmodum competit animalis musicum aut album. Quae conueniunt neutro modo insunt, accidentia sunt. Ut musicum aut album animalis. Themistius videtur verba haec referre ad tertium modum: siue significatum verbi per se. Dicit. n. tertia forma eorum quae per se adsunt: pertinent ad accidentia, quae in subiectis suis insunt, ut non alijs prius. quoniam superficiei color & musicum animalis. Propterea concludit Themistius, ea igitur quae tribus his modis de aliquo asseruntur per se asseri dicuntur. Haec Themistius, per quae dat intelligere Aristoteles. hic

P **Neoterici** afferunt Arist. velle quæstiones quatuor reducere in duas, v. ad si est: & quid est. Quam expositionem (si non male percepi) Simplicius affert hic. Nec ab ratione: nam per hanc reductionem numerum quæstionū manifestiorem facit Arist. Cum enim aliquis numerus in tot ducitur: in quot duci potest, et rursum in tot colligitur: in quot colligi potest numerus ille manifestior apparet. P Sed mihi non placet hæc expositio, nam præcipua, & prima Aristotelis intentio nec est de quæstorū numero, nec de numero inuentorum, sed est de medio (vt diximus) Sed quia posset quis credere mediū quæri quadrupliciter. Propterea quæstiones medij omnes docet reducere in duas. Quod vero omnes quæstiones medij sint duæ, si est: & quid est, ostendit inductione, vt placet Simplicio, postea & syllogismo. Inductione ergo probatur omnes medij quæstiones in duas reduci: quoniam cum quærimus si est, verbi cã: si est Deus quærimus si sit aliquid mediū: quo sciamus an Deus sit: & si quærimus de aliqua propositione qa est: hoc est an sit vera: quærimus si e aliquid mediū: quo illa sit vera, ergo in vtraq; quærit si est mediū. Et hoc inquit. P Quærimus autẽ cū quidem quærimus quia est, i. cum quærimus hoc inesse huic: aut cum quærimus si est simpliciter, i. cum quærimus esse huius simpliciter, utrum ipsius esse huius in hoc: aut ipsius esse simpliciter, sit mediū: aut non sit mediū. Ergo in vtraq; quæstione ratione quadam generali, idem quæritur: nam generali ratione quæritur de eẽ mediij: qd est si e mediū. Deinde ostendit qõne quid est, & qõne pp quid e: vtraq; esse qõne quid e mediū, & inquit. Cū aut cognoscentes aut quia est: aut si est: aut in parte: aut simpliciter, rursum quærimus pp quid, aut quid e. In vtraq; hac qõne quærimus quid sit mediū. Et intelligas aut in parte: aut simpliciter referẽdo singula singulis: ipsum in parte ad qõne quia e: ipsum simpliciter ad qõne si est. Quærimus, n. in qõne qd est Deus, ve lquid est hõ: quid est mediū, quo Deus sit qd dicitur: vel quo hõ sit quiddicitur: & in quæstione pp quid est, quærimus etiã quid est mediū pp quod ppositio vera sit: vt quid est illud mediū: pp quod veluti pp causam hæc ppositio sit, vera, Luna deficit: vel terra tremat. Quare rone quadã generali in vtraq; qõne quæritur quid sit mediū. P Animaduersione dignũ in qõnibus si est: & quia est nos generali quadam rone nõ quære nisi si est aliquid mediū: quo sciamus aut eẽ simplici: aut esse hoc in hoc.

N **A** in hoc. Speciatim vero ratione si est mediū: quod quærimus in quæstione si Deus est: & si est mediū, qd quærimus in quæstione si luna deficit: differunt, nam si est mediū respectu quæstionis si est Deus: est si mediū est quo probamus de deo esse simpliciter: si e mediū respectu quæstionis an luna deficiat: si est mediū quo probamus de luna esse in parte. Ergo ratione generali ipsum si e mediū in vtraq; est idem. Speciali vero ratione: vt referatur mediū ad quæsitum: differt vtraq; in quæstione: vt quæstio differt a quæstione. Simili ratione dici potest in quæstionibus quid est, & propter quid est: nam generali ratione: quatenus vtraq; est de quid est mediū, vna quæstio sunt, respectu vero eorum, respectu quorum quæritur. Alia ratio est, ergo generali ratione quæstiones mediij duæ sunt: vt si est mediū, & quid est mediū, Speciali vero. quatuor: vt dictum est. Et quia dixit quæstionem quia est esse quæstionem in parte & quæstionem si est esse quæstionem simpliciter: exponit hæc, & inquit. Dico autem quia est, aut si in parte: & simpliciter: & referendo singulis singula: in parte quidem quia est, utrũ deficiat luna, aut augetur in lumine: hæc enim quæstio dicitur in parte, nam in huius talibus quæstionibus, quærimus si luna supple est aliquid: vel si luna non e aliquid. Hoc autem non est quærare simpliciter si est: Sed in parte si est aliquid, vel non, est aliquid. Simpliciter autem dico si est, aut non est luna: aut si est, aut non est nox: non enim quærimus in his aliquid: sed simpliciter. Tunc ex hac inductione concludit, qd intendebat, & inquit. Contingit igitur in omnibus quæstionibus quærare, aut si est mediū: aut quid est mediū. P Sed circa hæc dubitabis primo quia non videtur verum in quæstionibus si est: & an est: mediū esse quæsitum si est. Declarauimus enim in quæstione si est, quæsitum esse ipsum esse simpliciter. In quæstione vero quæsitum esse prædicatum in subiectum. Similiter nec est verum in quæstionibus quid est: & propter quid e quæsitum esse quid est mediū, nam in quæstione quid est diximus quæsitum esse prædicatũ, quod est definitio, in quæstione propter quid est: quæsitum esse causam. Ergo hæc quæ dicit, falsa sunt. P Præterea, si in quæstionibus si est, & quia e: quæsitum e mediū cum mediū & causa idẽ sit. In vtraq; harũ qõna erit causa: & sic vtraq; erit quæstio propter quid. Simili ratione si idem est quærare quid est, & propter quid est: quod quærare quid est: tunc idem erit quærare quid est, & causam quærare quare: omnis quæstio erit de causa, & ita omnis quæstio erit propter quid. Insuper si est, & quia est: persæpe quærantur & terminantur per sensum: igitur non semper in illis quærimus si est, mediū. P Præterea, solet quæri, utrum quia est quærare, sit quærare in parte: & videtur quod non, quia quærare quia est sumere duo: subiectũ & prædicatũ: & postea quærare an alterum alteri inest, tale aut est quærare est ponere in numerum (vt superius dixit) Arist. ponere vero in numerũ est componere: ergo est, quærare totum & non in parte: qui enim quærit in toto cõposito: non quærit in parte. P Ad primam animaduersionem dignũ qd quæritur in quæstione si est, esse duo: & esse vnum, respectu quidem quærentis quæ quærantur vnũ sunt, nã esse simpliciter qd quæritur: & si e mediū: quo sciat quæres illud esse, ad intentionẽ quærentis vnũ est. si est mediū, nam eo habito quæres nõ qri amplius. Et hoc pacto bñ dicit, Aristote-

les non esse aliud quærare si est Deus: vel si luna deficit, qd quærare si est mediū, quo Deus sit: & quo luna deficit. Intentione enim habita ad quærentẽ idẽ est quærare. Respectu tamen rerũ non est idem: sicut non est idẽ mediū syllogismo: & quæsitum: est enim quæsitum maior extremas: quæ nõ est mediū. Simili ratione & de alijs duabus qõnibus dicas, nam intentione quærentis idẽ est quærare quid mediū sit: per quod scimus lunam deficere, & ipsum deficere. Tamen ratione habita ad res differunt sicut mediũ in syllogismo differt a quæsitio. Arist. superius locutus est ratione habita ad res, hic vero rone habita ad eum: qui quærit. P Ad aliam eiusdem dubitationis: dicas non semper mediū esse causam: In quæstione si Deus est: quærimus si motus est: vbi patet motũ nõ esse causam: sed effectum. De i Similiter in quæstione si in terposito terræ est, quærimus effectum: qn quærit quia est causæ per effectum depræhenditur. Et ita in quæstionibus si est & quia est: licet quæramus mediū: non quærimus causam, sed mediū: quod est effectus. P Ad secundam vero dubitationem Philoponus inquit, quæres, n. de essentia alicuius: vt si est vacuum: simpliciter de substantia re vna existente quæstionem: quærit non, n. res & essentia rei differunt, ergo quærare si est vacuũ e quærare de essentia & substantia, re vna existente: at quærare an deficiat luna partitam in plura qõnem quærit: & ita per quærare in parte intelligit quærare qõnem in plura partitam: Quærare simpliciter e quærare re vnã. Conuenit huic expositioni qd superius dixit in numerũ ponetes. P Respõdet aliter qd quærare in parte est quærare si huius e hoc: quærens enim si homo e animal: quærit si animal e hoc: quærens enim si nix alba est: qrit si album est aliquid niuis, nam accidẽs e aliquid illius, cui accidit: Quærens etiã si luna deficit: quærit si eclipsis aliquid lunæ sit. v. an passio sit ipsius. Hanc expositionẽ Alexander affert: vt Simplicius meminit hic, dicit enim Alexandrũ in parte pro diuiso accepisse: simpliciter vero pro indiuiso: qui, n. quærit si Deus est, indiuisum quærit: cū esse & res idẽ sint: qui vero an nix alba sit diuisum quærit in duos terminos in subiectũ & prædicatum: quare quærens si e quærit simpliciter, quia indiuisum quid: quærens vero si huic hoc inest, in parte qrit: hoc est diuisum. P Sed miror grecos interpretes, & longe magis latinos, cū querat expositionẽ, vbi Arist. seipsum exponit. Dicit, n. in parte quædem: utrũ deficiat luna aut augetur: Nã in huius quæstionibus quærimus si defectus vel augmentum e aliquid: vel non est aliquid lunæ, & ita per partẽ intelligit aliquid, simpliciter aut si est: aut non e luna aut nox, non, n. si aliquid est ipsius lunæ aut nox: ecce quo modo Arist. seipsum exposuit: asserens se quærare in parte, cū quærit si aliquid est alterius, simpliciter, cū nõ quærit si aliquid est alterius: exponit etiam & se postea clarius Arist. P Causa enim est ipsum mediū atq; vniuersis hæc quæritur, deficiat ne luna, est ne huius aliqua causa, Postea cognito hoc causam inquam aliquam esse, quidnam sit illa causa quærimus. P Causa enim est mediū, in omnibus autem hæc quæritur. Vtrũ deficiat, Vtrum est aliqua causa, aut non. Post hæc cognoscentes, quia est aliqua, quid igitur hæc sit quærimus. P Non contentus (vt inquit Simplicius) Inductione: nõ syllogismo probat oes qõnes esse mediij: & quidam prima figura: vt inq; hoc pacto, Cã qrit in omnibus qõnibus.

Quarta. Quinta dubitatio. Sexta. Dubitatio in primo libro, cap. 3. &c. Rñ. The. Dubitatio contra Themistium. Qual. rñ. M. Propria solutio. Com. 5. Expositio Neoterico rum. Com. 5. Expositio Neoterico rum. Dubitatio circa. Refutatio. Dubitatio circa. Com. 5. Expositio Neoterico rum. Solutio prima. Non dicit

Solo ad secundam. Alia soto & est Alexander. G. H.

Sueli, sup. Poste, i. iij

Medium ē cā: Ergo mediū q̄ritur in omnibus q̄onibus. De ratione primo accepit minorem: & inquit. ¶ *Causa n. est medium, hoc est medium est causa.* Deinde accepit maiore: & inquit. In omnibus autem hæc quæritur. Ergo supple medium in omnibus quæstionibus quæritur. ¶ Sed pace Simplicij: hinc syllā non potest esse in priua si gura: alioquin in prima figura ex puris particularibus cōiugatio esset inutilis. ¶ Quare arbitror syllā esse in tertia figura hoc pacto. Causa quæritur in omnibus q̄onibus. Omnis causa est medium. Ergo medium quæritur in omnibus quæstionibus. Huius syllā primo accepit minorem, quam intelligas vlt sic. Omnis causa est medium: deinde maiorem: quæ est causa quæritur in omnibus q̄onibus. Ergo sup. medium quæritur in omnibus quæstionibus. Quod causa quærat in omnibus quæstionibus, vt recte Simplicius inquit: probat inductione & inquit, vt vtrum luna deficiat: vtrum ē aliqua causa: aut nō, quæ sciamus lunam deficere: nec induxit in alijs quia in omni bus idem est. Cum, n. quærimus si Deus est: quærimus si medium est, quo Deum esse sciamus: & in cæteris id genus similiter. ¶ Addit Philoponus: & recte: in omnibus quæstionibus quæri causam: quæ medium est, non tamē in omnibus eodem modo, nam in quæstione quia est: & si est, si est causa: quærimus in quæstione vero quid est, et propter quid ē, quid sit causa: quærimus. ¶ Animaduersione dignum vnam eandemq̄ quæstionem esse quia ē, & si ē: scdm̄ subiectū. Alterā vero atq̄ alterā rōne, nā q̄d si est medium, huius propōnis luna deficit: respectu mediij siue causæ dicitur si est: respectu vero propōnis dī quia est denotans autem Arist. si est mediū esse q̄onē si ē respectu mediij, subscribit: post hæc cognoscentes: quia ē aliqua, quod igitur hæc sit quæritur, quare si est mediū: vel causa quid est si est respectu mediij vel causæ, alioquin non quæreremus illa cognitio: quidnam illa causa vel medium sit. Bene ergo dictum est q̄onē si est cā vel medium esse quæstionem si est: & quia est. Alia tñ atq̄ alia rōne. ¶ Sed dubitaret fortasse quispiam contra hæc. Primo: quia si in omnibus q̄onibus quæreretur causa, tūc omnes q̄ones essent pp̄ quid cum causa & p̄pter quid, idem sit. ¶ Secundo: dubitat Simplicius quō in quæstionibus si ē: & quid medium quæritur. Medium, n. subiecti & prædicati est, quæ extrema sunt. In q̄onibus aut̄ his non nisi subiectum tñ est: aut prædicatum quod quærit: & nō extrema: ergo in talibus mediū quæri non potest. ¶ Sed dicendum ad primum Arist. per cām nōn principiū essendi intellexisse, sed principiū cognoscēdi, quæ ratione ē effectus dī causa, cum sit cognoscēdi principiū, hoc enim pacto causa & medium idem est. ¶ Ad secundū vero Simplicius longa narratione rēdet. Ego vero breuius dicerem in q̄onibus simplicibus nō accipi medium, vt accipitur in cōpositis. In cōpositis, n. prædicatur: & subiicit. In simplicibus vero accipitur bis: cum accipitur semel in hypothetica: & semel in destructione: vel constructione hoc pacto: si motus est: Deus est, sed motus ē, ergo Deus est, Medium est motus, cū in hypothetica, & in constructiuā propōne assumatur. Præterea, si vacuū ē: motus elementorū esset subitarius. Sed motus el̄torū nō est subitarius: ergo vacuum non est. Medium est motus subitarius: accipitur enim in hypothetica: & in destructiuā propositione, & sic in omnibus quæstionibus medium quæritur: licet non eodem modo.

Refutatio, Simplicij, secundum propriam mentem, Difamnis.

K

Philopo.

Notandum.

L

Dubones & prima secunda dubo.

Solones ad primū.

Ad secundū.

M

¶ *Causa, n. tā effendi simpliciter, q̄ effendi quidpiā eorū quæ vel per se vel p accidēs cōpetunt ipsum mediū est.* Atq̄ simpliciter cōdico subiectū, ipsum, ut lunā, aut solē, aut terrā, aut triangulum: quidpiā esse: ut defectiōē si in medio uniuersi consistat, an nō in eo consistat, æqualitatem, inæqualitatem & huiuscemodi. ¶ *Causa, n. effendi non hoc aut hoc sed simpliciter substantiam, aut non simpliciter, sed aliquid eorum, quæ sunt per se, aut secū dū accidens, medium est, dico autē simpliciter quidē subiectū, ut lunā, aut terram, aut solem, aut triangulum, quid autem defectū, æqualitatem, inæqualitatem, si in medio sit aut non.* ¶ Sed quia accepit in syllogismo proximi textus hāc mēnōrem: causa est medium: exponit illā: & declarat: quæ causa medium est: posset enim quispiam dicere: eam causam esse medium: quæ accipitur solum in quæstionibus cōpositis, nam illis potest medium esse extremorum, in cæteris duabus, cum non possit accipi in̄ter extrema: causa non erit medium. Ideo vult causam: quæ medium est, esse causam essendi: non hoc aut illud, s. solum in q̄onibus cōpositis. Sed esse causam essendi simpliciter substantiam, quæ est in vtracq̄ simplicij quæstione: vbi non quæritur nisi esse simpliciter, quod est substantia quæ sit: & non solum essendi vel non essendi in q̄onibus simplicibus: sed non essendi simpliciter, sed hoc vel illud eorū, quæ aut per se: aut per accidēs insunt. Quare per causam intelligo quæ est principium in omnibus quæstionibus, s. cognoscendi (vt dictum est) inquit. ¶ Causa enim essendi nō hoc aut hoc, scilicet cōpositis quæstionibus. Sed essendi simpliciter substantiam: aut nō simpliciter essendi substantiā, sed aliquid eorum, quæ sunt per se, aut secundum accidēs: medium est: quasi dicat: intelligo per causam principū quo cognoscimus, et terminamus omnem quæstionem, & simplices: quæ sunt de esse & substantiā, & cōpositas: quæ sunt de prædicatis: quæ per se: aut per accidēs subiectis insunt. Et ita per causam essendi simpliciter: vel essendi hoc, non intelligit principū essendi, quod est propter quid. Sed per verbum essendi: & per verbum essendi hoc: intelligit in quæstionibus de esse, & in quæstionibus de inesse hoc in hoc. Talis autem causa essendi, vel essendi hoc: principium est cognoscendi. ¶ Animaduersione dignum quæsitū quod est de esse substantiam: vel de esse simpliciter: esse quæsitum si est: Quæsitum essendi vel non essendi hoc: aut illud est quæ situm cōpositum quia est: & propter quid est hoc aut potest esse eorum accidentium, quæ conuersim subiectis insunt, & hæc sūt acntia p se, vel q̄ insunt plerūq̄, & hæc appellat per accidēs. Et exponit quid per simpliciter: et quid per aliquid ipse intelligit: quæ etiam exposuit: & inquit. Dico autem simpliciter quidem, cum dixi essendi simpliciter, subiectum, s. sine prædicato: cum solo verbo est: vel non est: vt lunam: aut terram: aut solem: aut triangulum, & per lunam & solem tangit astrologiam: per terram tangit naturalem scientiam: per triangulum vero tangit geometriam. Quid vero appello defectum de sole, & de luna. Est, n. defectus aliquid solis vel lunæ, æqualitatem de triangulo: æqualitas enim & inæqualitas aliqd̄ trianguli sunt. Si in medio sit, aut non de terra: esse enim in medio mūdi est aliquid terræ. Quæstio ergo simplex est, quando quæsitum nihil ponit vltra rei esse, quando vero ponit aliquid alicuius prædicamenti: quæstio est in parte, & dicitur cōposita. ¶ *In his .n. omnibus patet idem esse quid est, atq̄ propter quid est.*

N A O P C P C Q D

Com. 7.

in s. positio.

propria.

Notandum.

est. Quid est lunæ defectio priuatio lunæ lucis ob interpolē terræ propter quid est defectio aut cur deficit luna, quia lux eius deficit, obijciente se terra. quid est concentus, ratio numerorum inter acutum & graue. Cur inter sese suscipiunt rationem acuti ipsium & graue. Est ne inter acutum & graue conctus, consistiue ratio ipsorum in numeris. Quod simul atq̄ percipimus, quæ nam sit illa ratio quærimus. ¶ In omnibus, n. his manifestū est, q̄ idē sit quod quid est, & pp̄ quid est, quid est defectus, priuatio luminis a luna terræ obiectu. Propter quid est defectus, aut propter quid deficit luna, propter defectum luminis obiecta terra. quid est consonantia rō numerorū in acuto & graui. Propter quid consonat acuti graui, propter id quod rōne habet numerorū graue & acuti. Vtrū est cōsonare acuti & graue: Vtrū sit in numeris rō eorum: ac ut ipientes autem quia est, qui igitur est ratio quærimus. ¶ Non est facile verba hæc intelligere. Philoponus, n. hic dicit Aristotelem ostendere in quibus idem est quid est, & propter quid est: & vult illa esse eadem in his quæ alteri insunt: non autē in his, quæ per se sunt. Defectus .n. est alteri inhærens, s. lunæ: & in hac re quid & propter quid idem sunt. Nam quid est defectus, respectu defectus est quid est, respectu quo alteri inhæret est propter quid est. Interpositio, n. terræ respectu defectus est quid est: respectu quo lunæ inhet: est propter quid, quare in omnibus his: quæ alteri inheret: idem est: quid est, & propter quid est: in his vero quæ per se sunt: simpliciter, non idē sunt. Quam expositionē si recte percepit: Simplicius sequitur. ¶ Potest etiam exponi, & magis ad verba. Aristot. epilogare duos: quæ prolixè declarauit. Declarauit .n. idem esse quid & propter quid, & idem esse si ē, & quia ē. Hæc nunc epiloga: et quasi per exempla illa iterum probat: & propterea vsus est particula, n. quæ est reddit uia causæ eorum quæ dixit: inquit. ¶ In his, n. omnibus, s. quæ dicemus, perspicuum est idem esse quid est: & propter quid est, & quia dixit in omnibus his, exponit quæ hæc sint: & inquit. Quid est defectio: priuatio luminis a luna a terræ obiectu, hæc est quod quid est respectu defectus. Quod vero sit propter quid: ostendit, & inquit. Propter quid ē defectus: sup. lunæ inexistens: quod exponit cum inquit. Aut propter quid deficit luna: propter defectum luminis obiecta terra. Ecce quō idē est quid & propter quid. Interpositio, n. terræ est quid defectus: & ē propter quid respectu, quādo defectus inest ipsi lunæ. Deinde assignat aliud exemplum, & inquit. Quid est consonantia rō atq̄ proportio numerorum in acuto et graui proportio (vt Philoponus inquit). Aut dupla, aut tripla: aut sex qui altera: aut sex qui tertia. Propter quid consonat acuti graui .i. propter quid consonantia inest acuto & graui numerorum, & ita patet idem esse quid & proptes quid. Alia tamen atq̄ alia ratione. Proportio, n. numerorum ē quid ipsius consonantiæ cum ipsa capit in se: est propter quid cum ipsa accipitur vt inexistens alteri. Deinde per exempla ostendit idem esse si est, & quia est. Nam respectu propositionis si ē medium, est: quia est medium, respectu sui & in sese est medium, ē si est medium: inq̄. Vtrum est consonare acutum & graue: hoc est: vtrū numeris acuto & graui inest consonantia, tantum est: ac si quæramus. Vtrum inest numeris ratio acuti & grauis et ita idem est si est medium, & quia est quando medium accipitur respectu propositionis. Quando vero in se ac-

cipitur, si est medium: non est quia est medium: sed solū si est medium: cuius signum affert, quia cognoscentes quæ est medium ipsa ratio: quærimus, quid sit ratio: quod nō quæreremus: nisi idem esset: quia est: & si est. ¶ Indicat etiam ea quorum medium sensu percipi potest, nos ipsum medium quærerere. Nā nō sentientes lunæ defectiōem, & ne an non est defectio quærimus lunæ quia si essemus in ipsa luna, neque si sit, neque cur sit defectio utiq̄: quæreremus, sed simul utrunq̄: se nobis ultro offerret, atq̄: pateret. ¶ Quod autem sit mediij quæstio, ostenditur quandoquāq̄: medium sit sensibile. Quærimus enim non sentientes, ut defectū si est, vel nō. Si autem essemus supra Lunam, non utiq̄: quæreremus neque si sit, neq̄: propter quid sit, sed simul manifestum utiq̄: esset utrunq̄. ¶ Omnes q̄ones eē mediij inductione, & syllogismo, & exemplis p̄bauit. Nūc autē hoc idē sensus astipulatione cōfirmat, nā licet sensus astipulatio imbecilla sit probatio, tñ ē via (vt inquit Themistius) quæ in cognitionē cāe subimus. Præterea (vt dicit Auerroes) Astipulatio sensus ē examē omnium rationum, inquit. ¶ Quod sit mediij q̄o in omnibus quæstis: ostenditur quācūq̄: mediū est sensibile: nā cā quare mediū quærimus, ē: quia ipsum sensu nō percipimus: ideo dicit, Quærimus, n. nō sentientes, vt defectū si ē: vel nō est mediū: quā, s. non sentimus mediū. At si in ipsa luna essemus: & supple videremus simul lunā deficere, & terræ interpolationē, nō utiq̄: quæreremus si sit lunæ defectio: neq̄: pp̄ quid sit lunæ defectio, sed ill' vtrūq̄: s. quia deficit, & pp̄ quid deficit nobis manifestū ē. Similī rōne supplēdū ē, nobis esse notū: & si est mediū, & quid est medium. Quare cessaret omnis q̄o: quæ ratio docet in omnibus q̄stis solū mediū q̄rit: q̄ ipso apprehenso, non cesset omnis q̄o. Et intelligas hæc (ut supius exposuimus) oēs q̄ones esse mediij respectu quæretis, respectu vero rerum, q̄ quærun: non oēs q̄ones mediij sunt; nā si. ē. q̄d ē subiecti, quid ē q̄d ē prædicati: quia est q̄d est propōnis an verba sit: pp̄ quid est: q̄d est propōnis cur vera sit. Ergo respectu rerum, quæ quærentur: q̄ones aliquo: quæ nō sunt media: sed respectu quærentis: qui nunq̄ cessat quærerere, nisi medium inueniat: omnes quæstiones sunt mediij. ¶ *Etenim ex sensu perceptione, & ipsum uniuersale notum nobis fuisse. Sensu nāq̄: terram nunc sese obijcere, lunæ cognoscere: pateret enim visu nunc deficere lunam, atq̄: ex hoc ipsum emerisset uniuersale.* ¶ *Ex eo, n. quod sensissemus, & uniuersale factū esset notū. Sensus quidē, n. fuisse, quoniam nunc obijcitur. Etenim manifestum esset, q̄ nunc deficit. Ex hoc autem uniuersale fieret.* ¶ Sed obijceret quis, si p̄ sensum perciperemus causam, cum percipere cām sit. Scire, tunc per sensum sciremus, & ita sentire esset scire, cuius cōtrariū dictum est primo huius. Volunt ergo Themistius, Simplicius, & Philoponus Arist. remouere in dictis suis contradictionem. ¶ Respondet ergo Aristot. sentire nō ē scire. Sed sensus causæ particularis: scilicet q̄ nunc deficit: esset via: quæ uniuersale medium notū fieret. Multū, n. refert sensum esse viam ad sciēdum: & esse scientiam: inquit. Ex eo, n. quod sensissemus: & uniuersale factum esset notum. Quo modo vero uniuersale fieret notum ex sensatione particularis causæ: exponit: & inquit. Sensus quidē enim fuisse de particulari causa, s. quoniam nunc obijcitur terra. Etenim per particularem causam fuisse notum particularis effectus: & ita esset nobis notum ex hac particulari interpolatione

E Com. 9. Continuatō. F G Supracō. 5 Com. 10. T. 4.4. H

ne per sensum nota, q̄ nunc deficit: ex hoc autem apprehenso per sensum. si q̄ interposita nunc terra. Luna nunc deficit: fieret vniuersale scilicet q̄ quandoq̄q̄ terra interponitur, semper tunc luna deficit. Quare sentire non est scire: sed ē via ad sciendum, quatenus ex sensatione particularis causæ respectu particularis effectus: apud intellectū fieret nota v̄lis causa: seu propositio significans vniuersalem causam: respectu vniuersalis effectus. ¶ An in aduertendum per sensum (Vbi fuissēmus supra lunam tempore defectus. Nos tria percipere.) Lunā nunc deficere: quod esset particularis effectus. Terram ipsam sese nunc obijcere: quod esset particularis cā; & particularem habitudinē illius particularis causæ: ad particularem illum effectum. Cognosceremus. n. terra tunc interposita: nunc lunā deficere. ¶ Sed tunc dū dū non parua: quia ex vna p̄positione particulari non sequitur v̄lis, ergo non sequitur. Terra nunc interposita. Luna non deficit. Ergo quādo cūq̄ terra interponitur: semper luna deficit. Sic. n. v̄l ex particulari deduceretur: contra regulas prioristicas. ¶ R̄ndent Simplicius, & Philopon: Sensum proprie non cognoscere nisi singulare. Vt pote, q̄ ad p̄ns obijcitur: et non quod semper obijciat. Tū ex hoc singulāri sēpius cognito fit secundum intellectum v̄l. Fortasse ex sensitiua: perceptione illius vniuersalis singularis. Intellectus addit de similibus idem eē iudicium in his: quæ per se sunt. Non n. refert in his q̄ p̄ se sunt particulariter, & v̄lter apprehendere. ¶ Præterea adhuc dubitares. Nam primo huius Arist. dixit, q̄ si esse supra lunam: adhuc quæremus propter quid. hic verō asserit cessare omnem questionē. ¶ Potest dici Arist. primo huius asserere si esse supra lunam. Nos adhuc quæremus propter quid: vt daret intelligere sensitiuam perceptionem non esse immedatam causam scientiæ. At hic asserit cessare omnem questionē: ad significandū sensitiuam perceptionem mediū esse causam remotam: per quam de remoto saltem cessat omnis questio: hoc pacto: hoc non aduerfantur.

¶ Vt igitur dicebamus idem est scire quid est, & propter quid est: Et hoc, aut simpliciter & non aliquid eorum quæ sunt: aliquid eorum quæ competunt: veluti, duo recti, aut maius, vel minus. & huiusmodi. Patet igitur omnia quæ quærentur mediū questionem esse.

¶ Sic igitur dicimus, quod quid scire idem est, & propter quid est. Hoc autem aut simpliciter, & non eorum quæ insunt aliquid, aut eorum, quæ insunt, ut quoniam duo recti sunt, aut maius, aut minus est. Quod igitur omnia, quærentur, mediū quæstio sint manifestum est.

¶ Non facile intelligere: qd̄ Arist. hic v̄lit. Simplicius. n. dicit Arist. Nunc dicere idē esse quid est: & p̄p quid est. ¶ Et tunc dubitat: quia cum superius hoc dixerit: superfluit nunc idem repetere. Verum innuit solutionem, asserens non esse hoc inductum de per se. Sed tanq̄ sequens ad præsentē rōnē. ¶ Vnde iniuria expositor dicit. Arist. exemplo assignato de lunā nunc concludere: quod superius per se exposuerat: videlicet q̄ idē sit quid est: & propter quid est. Dicit enim. ¶ Sicut igitur diximus, qd̄ qd̄ est scire idem est & p̄p quid est scire. Ex eo. n. q̄ vidimus terram interpositā: scimus & quid defectus sit: & propter quid luna deficit. ¶ Quo vero ad verba attinet. Debes scire Arist. non dixisse quid & propter quid esse idem. Sed dixit idem esse scire quid est: & propter quid est: ut notauit Simplicius: qm̄ in v̄trisc̄q̄ scientijs in idem eōcurrunt.

licet inter se differant. Deinde exponit in quibus sunt idem. Et ut Philoponov̄ aut & aut: pro tā & q̄ intelligenda sunt in hunc modum. Hoc autē ē verum ea eē idē. Aut id est tā qn̄ quid est aliquid eorum est: quæ simpliciter sunt, & in eorum quæ insunt, quasi dicat tā in subiectis: quæ simpliciter sunt: & non alteri inhærent, aut id est q̄ aliquid eorū: quæ insunt: hoc est q̄ in accidentibus. In v̄trisc̄q̄. n. his quod quid est: & propter quid est. Exposuit autem illa: quæ insunt per exempla: & inquit. Vt quoniam duo recti sunt: quæ triangulo. insunt: aut qm̄ supple iris maius aut minus est sua Diametro. Hæc enim sunt, quæ alteri insunt: quorū quod quid est: & propter quid est. Huius cām assignat Philoponus, quia in his subiectis: quæ simpliciter sunt: qd̄ quid est cā est ipse ipsi: vt quid est triangulus. Hoc. n. causa ē ipse esse trianguli. ¶ Quam expōnē (si recte percepi) Simplicius sequitur. Et fortasse textus legendus ē (vt iacet) hoc pacto: dico autem quod quid est idē esse propter quid: non in omnibus, aut in his: quæ simpliciter sunt: aut in his, quæ alteri insunt, quod est verū p̄ secunda parte: inquit. Hoc autē qd̄ quid est, aut est aliquid eorum, q̄ simpliciter insunt: vt sunt substantiæ: & nō. eorum, quæ alteri sunt: vt sunt accidentia: quasi dicat: verum ipsum quod quid est, quod ē idem ipse p̄p quid est: aut est aliquid id est quod quid ē substantiarum: aut eorum: quæ alteri insunt, vt accidentium. Et vult pro secunda parte esse verum, nam quod quid accidens est propter quid: & cā: cur illa insunt subiectis. Diximus. n. quod quid ē accidēs esse qd̄ illius absolute considerari: propter qd̄ verō illius, vt alteri inhæret. ¶ Quā expositionē expositor sequitur. Demū omnē quōnē esse mediū epilogat, cum inquit: q̄ igitur omnia, quæ quærentur: mediū qō sint: manifestū. ¶ Verū magna dubitatio est. An omnis qō sit mediū: primo quia mediū est in demonstratione p̄ognitum nō ergo q̄situm. Præterea si qō esse mediū: cū illa qō esset qō. Tunc quæstio mediū eēt qō alterius mediū: & sic in infinitum. Insuper q̄stio mediū qualis qō est, an simplex: an composita. ¶ Debes scire hāc propōnē omnis qō est qō mediū, posse bifariā intelligi: aut in prædicatione causali: aut in prædicatione formali. In prædicatione causali sensus est: omnis qō est propter defectum mediū: & hoc pacto intelligit Arist. in prædicatione vero formali sensus est: in omni qōne medium est q̄situm, quod falsum est: quia ante demonstrationem ē p̄cognitum. Argumenta ergo concludūt qōnes nō esse mediū in prædicatione formali, quod concedo. Cū quo stat omnes eē mediū in prædicatione causali: cum omnes sint ob mediū defectum: nam si in vnaquaq̄ qōne mediū sciremus: non amplius quæreremus. Vbi. n. sciremus mediū quo Deus est, non quæreremus: si Deus est. Et si sciremus medium: quo homo esset animal rationale: non quæreremus quid homo est, & si sciremus medium: quo luna deficiat: non quæreremus an luna deficiat: & si sciremus medium: propter quid luna deficit: non quæreremus propter quid luna deficit. Quare quicquid quærimus & omnis quæstio est defectu mediū. Medium ergo non est quæsitum: sed querendi causa. Quæsitum enim illa quatuor sunt, causa querendi illa quatuor, est medium.

¶ His itaq̄ determinatis dicendum esse videtur, quoniam pacto ostenditur ipsum quid est, qui reductionis est modus, quidem deniq̄ & quorum est definitio. Atq̄ antea dubitandum esse videtur. Idq̄ initium faciendum, quod maxime dicendis erit accomodatam.

N  
Philop.  
Com. 12.  
O  
Thomas.  
Dub.  
Respon.  
Q  
Hæc pp̄ omni qō est qō mediū intelligit.

modatum. Dubitauerit itaq̄ quispiam, utrum fieri possit, ut idem ratione; eiusdem, definitione, demonstratione; sciatur.

¶ Quo modo autem quodquid est demonstratur, & quis modus introductionis, & quid est definitio, & quorum, dicemus, primum opponente, de ipsis. Principium autem sit futurorum, quod quidem est maxime proprium habitis rationibus. Dubitabit. n. utiq̄, aliquis utrum sit idem, & secundum idem definitione sciare, & demonstratione.

¶ His determinatis: Arist. de definitione quatuor proponit. Primum quomodo quodquid est demonstretur. i. ostendatur, an syllo, an diuisione, an compositione. Verbum enim demonstratur: non syllogismo demonstratiuo oñsum significat: sed cōiter accipitur. Secundū quis modus reductionis sit, hoc est quō definitio in demonstratione ipsa reducitur. Verbum. n. introductionis græce ē ἀναγωγή, Latine sonat inductionem, siue reductionē. Erig ergo secundū problema quō definitio inducitur: siue reducitur in demonstratione: Tertium quid est ipsa definitio, an demonstratio, an propō. Quartū quorum est definitio an omnium entium: an solius substantiæ: & si solius substantiæ: an solius sp̄s an generum, hæc sunt quatuor problemata, quæ proponit, & statim ordinat se ad dicenda: & inquit. Dicemus, primum opponētes de his: nam qui inuenit: prius dubitat: vt scribit Arist. in metaphysica. Vnde vero primum dubitationem accipiet: exponit, & inquit. Principiū autem sit futurorum: id est eorum, quæ in futurum dicemus a dubitatione illius: quod quidem est maxime proprium habitis rationibus. Id autem videtur maxime accomodatam, quod erat quartum: videlicet quorum est definitio. Vtrum omnium: quorum est demonstratio. Sed quid per habitas rationes intelligit, non est planum. Simplicius intelligit per habitas rationes: eas pertractationes, quæ proxime dicuntur: hoc est cætera tria problemata, quæ cōsequenter dicent̄ post declarationem quarti problematis: exponit autem illud, vnde commodè principium dubitandi esse assumendum proposuit, & inquit. ¶ Dubitabit. n. utiq̄, aliquis: utrum sit idem: & secundum idem definitione sciare, & demonstratione. Addit autē. Secundum idem, vt Philoponus nota uit: & Themistius: quia p̄abile est de aliquo vno & eodem cognitionem nos habere secundum aliud quidem p̄ definitionem, secundum aliud vero p̄ demonstrationem. De triangulo. n. quid sit: p̄ definitionē cognoscimus. Quā autem duobus rectis æquales angulos habeat: per demonstrationem scimus. ¶ De necessitate vero capituli. Expositor asserit pertractationem hanc esse necessariam: ex eo: quia prius declarauit omnem questionem esse mediū: & cum medium sit quodquid est: ideo nunc de ipso quodquid est, dicere cogitur. ¶ Simplicius vero dicit necessitatem capituli esse ex eo: quia dixit idem esse p̄p quid scire: & quid scire: ideo credet aliquis demonstrationem esse eorum: quorum est definitio, & contra definitionem esse eorum, quorum est demonstratio. Similiter credet idem esse demonstrabile, & definibile, rursus idem demonstrationem: & definitionem. Quæ cum nō sint. iure quærit an idem secundum idem sit demonstratione: & definitione sciare. Themistius vero necessitatem cap. assignat ex ea, quia supra dictum est quomodo quæstiones compositæ monstrantur. Nunc vult agere an quod quid rei demonstrari possit. At hoc intelligi non potest: nisi prius disputetur. Vtrum omnia eodem respectu per demon-

strationem & definitionē sciare contingat. Quare ab hoc recte & incipit, hæc de cap. necessitate.

¶ An idipsum fieri nequeat. Etenim definitio ipsius quid est esse videtur. Omne autem quid est, vniuersale ē, atq̄ affirmatiuum. At ratiocinationes alias negatiuas, alias non vniuersales esse patet. Vniuersæ namq̄ ratiocinationes secundæ figuræ sunt negatiuæ. Tertiæ autem vniuersales non sunt.

¶ Aut est impossibile. Definitio enim ipsius quod quid est, esse videtur, ipsum autem quod quid est omne vniuersale, & prædicatiuum est. Syllogismi autem sunt. Alij quidem priuatiui. Alij autem tē non vniuersales. Sicut in secunda figura priuatiui omnes sunt, in tertia vero non vniuersales.

¶ Soluit problema propositum: & inquit. ¶ Aut est impossibile. Aut enim quod græce est v̄ est solutionis notat: non tamen certæ solutionis: sed dubiæ, est ergo solui, vt Themistius Philoponus & Simplicius: exponunt, non omnium quorum demonstratio est: esse definitionem. ¶ Latini vero interpretes non bene textum intelligunt, cum verbum, aut disiunctiue legunt, nam (vt diximus) est nota dubiæ solutionis. Quod vero nō omnium: quorum est demonstratio, sit definitio, probat: & primo accipit definitionem esse rei vniuersalis: & affirmatiuæ. Quam suppositionem probat sic: Omne quodquid est: est vniuersale, & prædicatiuum. Definitio est ipsius quodquid est, esse videtur. Deinde accipit maiorem: cum inquit. Ipsum autem quodquid est omne vniuersale & prædicatiuum est: patet ergo definitionem esse vniuersalium: & prædicatiuorum; & per quodquid est: intelligit essentiam definiti, siue illa sit species: siue genus. Accepta ergo hac suppositione pro maiore: hoc pacto: definitio est rerum vniuersalium: & prædicatiuorum. Syllogismi autem sunt. Alij quidem priuatiui. Alij autem non vniuersales. Sicut in secunda figura priuatiui omnes sunt. In tertia vero non vniuersales. Ergo nō omnium: quorum est demonstratio: est definitio.

¶ Deinde nec eorum omnium est definitio, quæ per primā affirmatiuæ demonstrantur figurā, quæle est hoc. Omnis triangulus habet tres angulos duobus rectis æquales, aliamq̄ similia. Huius autem ratio est: quia id scire quod demonstrari potest nil aliud est q̄ demonstrationem eius habere: quare si est aliud demonstratio, patet earundem & diffinitionem non esse. Nam si esset, per diffinitionem etiam quispiam scire demonstrationem non habens. Nihil. n. uetat, non simul demonstratio atq̄ diffinitio habeatur. ¶ Postea neq̄ eorum, quæ sunt in prima figura prædicatiuorum omnium est definitio, ut quoniam omnis triangulus duobus rectis æquales habet. Huius autem ratio est, quoniam scire demonstrabile ē demonstrationem habere. Quare si in talibus ad demonstrationem est manifestum, q̄ non erit utiq̄ eorum definitio. Sciēt. n. utiq̄, aliquis, & secundum definitionem non habens demonstrationē. Nihil enim prohibet non simul habere.

¶ Latini expositores Aristotel. facere secundam rationem ad idem exponunt. ¶ Verum Philoponus: Aristote. dicit soluere instantiam: nam cum ea: quæ in prima figura demonstrantur: sint vniuersalia: & affirmatiua: possēt, quispiam dicere saltem eorum esse definitionem. Propterea hanc instantiam soluens: inquit. ¶ Postea neque eorum, quæ sunt in prima

Notan.  
Dubō.  
K  
R̄. Simplicij & Philopon.  
Alia dubō.  
Solo.  
L  
Com. 11.  
Expositio Simplicij. Obiectio. Solutio.  
M  
San. tho.  
Verbosā expositio.

E  
Com. 13.  
F  
Siles text.  
G  
H  
Com. 14.  
Latini. Expositio Philopon.



I figura prædicatiuorum, & vniuersaliū omnium est definitio, vt quoniam non est definitio eius quod est omnis triangulus habet duobus rectis æquales: cuius tamen est demonstratio in prima figura. Quod vero illorum non sit definitio: pponit causam se velle assignare, & inquit. Huius autem ratio est: & in assignando causam: accipit quid est scire ipsum demonstrabile: & inquit. Quoniam scire demonstrabile est demonstrationē habere, hoc stante: proponit conclusionem: quam vult probare, & inquit. Quare si in talibus, s. vniuersalibus prædicatiuis ē demonstratio, est manifestum, quod non erit eorum definitio: hæc est conclusio: quam intendit, & (vt mihi videtur) ipsam probat per oppositum. Dicit enim q̄ eorum demonstrabilem sit definitio: sequitur tunc aliquem scire illa, & quidem per definitionem non habens demonstrationem. Probat autem consequentiam: & inquit. Nihil. n. prohibet aliquem illas non simul habere: immo potest aliquis habere definitionem: & tunc non habere demonstrationem, quo fit: vt aliquis sciet demonstrabile, & non per demonstrationem. Vt pote sciendo illa demonstrabilia per definitionem: quorum dicit esse definitionē. & tunc habetur contra suppositionem: suppositum. n. demonstrabile nō sciri nisi demonstratione. Patet ergo quatenus instantia nō valet. ¶ Sed occurrerit: quia primo huius Arist. tradit definitionem necq̄ esse in toto, necq̄ esse in parte: hoc est necesse vniuersalem: nec particularem: hic vero eā esse asserit & prædicatiuorum, & vniuersalium. Præterea prædicatiuum est cōditio propositionis, at definitio nec propositio est: nec enuntiatio. ¶ Et dicendum: definitionem nec vniuersalem esse, nec particularem: nec vniuersalium: nec particularium vniuersalitate aut particularitate signi: licet sit eius: quod est quodquid est, quod est vniuersale. Simili ratione nec affirmatiua: nec negatiua est: nec negatiuorum, nec affirmatiuorum qualitate propositionis, sed virtute eius, quod est quodquid est. ¶ Inductione etiam idem satis ostendit, crediq̄ potest. Nihil enim unquam eorum quæ uel per se uel per accidens insunt diffiniētes cognouimus. ¶ Sufficit autem fides & ex inductione. Nihil enim aliquando definites cognoscimus neque eorum, quæ per se insunt neq̄ eorum quæ accidunt. ¶ Præterea q̄ non omnium quorum est demonstratio sit definitio fides est ex inductione: scilicet de vno particulari. Non enim per inductionem hic intelligit argumentum, quod in omnibus particularibus inducit. Sed intendit inductionem in vno, ad probandum enim non omnem hominem esse album, Sufficit inducere vnum hominem non esse album, vt Ethiopem. Sic ad probandū nō omnium quorum est demonstratio: esse definitionē sufficit inducere in accidentibus: quorum est demonstratio: & tamen non est definitio. Cognoscimus enim aliquādo accidentia per se alicui inexistētia, & per se accidens inexistētia demonstratione: quorum nullum definimus, inquit. ¶ Sufficit autem fides: & ex inductione: scilicet nō in omnibus: sed in aliquibus. Aliquādo enim nihil eorum: quæ per se insunt, aut accidunt definites: cognoscimus, s. illa per demonstrationem. Ergo non omnium: quorum est demonstratio, est definitio. Superfluit autem duplex negatio: vt duplex neq̄. More enim græco magis negant. Et per ea, quæ per se insunt: intelligit ea, quæ insunt omni: soli: & semper, per ea, quæ accidunt: in-

telligit ea, q̄ insunt omni: soli: & sp̄, p̄ ea, q̄ accidunt: intelligit q̄ insunt plerūq̄: vt accidentia corporū Physicorū. ¶ Præterea si definitio subiectum explicat atq̄ declarat, patet talia nō substantias esse. Per sp̄cium igitur est nō omnis eius diffinitionem esse cuius est demonstratio. ¶ Amplius si definitio quedam substantiæ cognitio est, & huiusmodi manifestum est q̄ non sunt substantiæ, quoniam quidem igitur non definitio omnis, cuius quidem & demonstratio, manifestum est. ¶ Vltimo ratione hoc idem probat: & accipit duo. Primum q̄ definitio sit cognitio substantiæ. Secundū quod accipit est: & demonstrabilia non sunt substantiæ: quia sunt accidentia. Ex his sequitur demonstrabilem nō esse definitionem: de ratione accipit illa duo: & prætermittit conclusionem: inquit. ¶ Amplius: si definitio substantiæ quedam cognitio est, hoc est primum. Et huiusmodi demonstrabilia manifestum est, q̄ non sunt substantiæ: & hoc est secundum. Ex his non concludit conclusionē. Sed loco illius infert epilogum, & inquit. Quoniam quidem igitur non est definitio omnis cuius est demonstratio: manifestum est: tacuit ergo conclusionem: quia in epilogo habetur. Dixit autem talia demonstrabilia non esse substantias, & non dicit nulla: nam genus demonstratur de specie: quod est illius substantiæ: bene tamen aliqua demonstrabilia non sunt substantiæ. s. accidentia: quæ aut per accidens insunt. Quia si aliqua demonstrabilia non sint substantiæ, non omnium quorum est demonstratio: definitio erit. ¶ At est ne eius omnis demonstratio cuius est diffinitio. At uideatur non esse, una nāq̄ & eadem de hoc etiam ei ratio. Constat. n. unius ea ratione qua unum est, scientiam unam esse, quare si id scire quod demonstrari potest, nil aliud est q̄ demonstrationē eius habere, ueniet aliquid quod fieri nequit. Sciet enim is quid diffinitionem habet sine demonstratione profecto. ¶ Quid autem cuius est diffinitio, nunquid omnis demonstratio est, aut non, una quidem iam ratio & de hoc eadem est. Vnius. n. in quantum unum, est una scientia. Quare si scire demonstrabile est demonstrationem habere, accidit quoddam impossibile. Definitio nem. n. habens, sine demonstratione sciet. ¶ At nunc probat: q̄ non omnis cuius est definitio sit demonstratio, & causa est, quia particularis negatiua non conuenitur, ideo non sequitur: non omnis cuius est demonstratio est definitio: ergo non omnis cuius est definitio: est demonstratio, propterea cogitur hoc probare. Et primo quærit cum inquit. ¶ Quid autem est supple id: cuius est definitio. Vtrum illius omnis sit demonstratio. Soluit an non: & declarat hoc eadem ratione. Primo tamen facit vnam suppositionem quæ est vnius in quantum vnum vna scientia est, Ex hac suppositione posset sequi immediate propositum: nam si vnius in quantum vnum est vna scientia: ipsius definibilis in quantum definibile nō potest esse demonstratio, alioquin ipsius esset & definitio & demonstratio: & ita duæ sciētiae. Tamen accepta hac suppositione: accipit duas alias, quarum primam ponit cum inquit. Quare si scire demonstrabile est de ipso demonstrationem habere. Secundā non posuit, sed Philoponus suppleuit, & inquit. Et sup. & concesserimus ipsum demonstrabile etiam definitione cognosci: ex ipsis infert accidere quoddam impossibile: habere scilicet cognitionem demonstrabilis: sine demonstratione: quia

N A  
Com. 16  
Com. 17  
Com. 18  
Com. 19  
Com. 20  
Com. 21  
Com. 22  
Com. 23  
Com. 24  
Com. 25  
Com. 26  
Com. 27  
Com. 28  
Com. 29  
Com. 30  
Com. 31  
Com. 32  
Com. 33  
Com. 34  
Com. 35  
Com. 36  
Com. 37  
Com. 38  
Com. 39  
Com. 40  
Com. 41  
Com. 42  
Com. 43  
Com. 44  
Com. 45  
Com. 46  
Com. 47  
Com. 48  
Com. 49  
Com. 50  
Com. 51  
Com. 52  
Com. 53  
Com. 54  
Com. 55  
Com. 56  
Com. 57  
Com. 58  
Com. 59  
Com. 60  
Com. 61  
Com. 62  
Com. 63  
Com. 64  
Com. 65  
Com. 66  
Com. 67  
Com. 68  
Com. 69  
Com. 70  
Com. 71  
Com. 72  
Com. 73  
Com. 74  
Com. 75  
Com. 76  
Com. 77  
Com. 78  
Com. 79  
Com. 80  
Com. 81  
Com. 82  
Com. 83  
Com. 84  
Com. 85  
Com. 86  
Com. 87  
Com. 88  
Com. 89  
Com. 90  
Com. 91  
Com. 92  
Com. 93  
Com. 94  
Com. 95  
Com. 96  
Com. 97  
Com. 98  
Com. 99  
Com. 100

quia qui definitionem haberet illius demonstrabilis: illud sciret sine demonstratione. ¶ Sed hæc ratio probat potius demonstrabile non sciri definitione, q̄ definibile non sciri demonstratione. Ideo Philoponus supplet rationē: nā pari cā, si definibile demonstratione sciretur, cū non posset sciri definibile demonstratione, nisi (vt demonstrabile per assumpta: tunc demonstrabile sine demonstratione sciri posset.) Posset. n. sciri definibile: quod esset demonstrabile, sola definitione: & priusq̄ sciretur demonstratione, & ita demonstrabile sciretur sine proprio eius modo sciendi. Sic. n. Supplet Philoponus & bene. ¶ Sed dices ad quid seruit prima suppo. q̄ est vt vnus in quantum vnus non sit nisi vna scientia. ¶ Fortasse seruit ad tacitā rationē: nam ex illa pot fieri alia rō: quam nō expressit. Trāsiuit. n. ad aliam: quam expressit non totam. ¶ Theophrastus: & Alexander (vt narrat Simplicius) Dixerunt Aristō. addidisse in suppone in quantum vnus, quia eiusdem rei pnt esse plures scientiæ: non tamen quo vnū est: sed quo subit vicem plurimum scibilem. ¶ Præterea demonstrationū principia sunt diffinitiones. Quorū non esse demonstrationes, antea demonstrauimus. Alioquin in infinitum esset processio. Etenim aut principia demonstrantur, & principiorum sunt semper principia, modūq̄ nullus unq̄ occurrerit, aut in primis stetur necesse est, quæ quidem a diffinitiones sunt: & demonstrari non possunt. ¶ Amplius principia demonstrationū definitiones sunt, quorū q̄ non sint demonstrationes demonstratiū est prius. Aut erunt principia demonstrabilia & principiorū principia, & hoc in infinitum abibit. Et primæ definitiones erunt indemonstrabiles. ¶ Secundo idē probat & sumit primo definitiones esse principia demonstrationū. Accipit secūdo principia demonstrationū esse indemonstrabilia, nā si erunt demonstrabilia, erunt principiorū principia, & sic ibitur in infinitum. Aut oportet dicere prima principia esse definitiones: indemonstrabiles: inquit. ¶ Amplius principia demonstrationum sunt definitiones: hoc est definitiones sunt demonstrationum principia. hoc est primū, accipit secūdū: & inquit. ¶ Quorum q̄ non sint demonstrationes: omnium est prius. Et probat hoc secūdū: & inquit. Aut erūt principia demonstrabilia: & principiorū principia: & hoc in infinitum abibit. Patet ergo secūdū. s. principia demonstrationū eē indemonstrabilia, illis assumptis, infert conclusionē, & inquit. Et pro ergo primæ definitiones erūt indemonstrabiles. Vnde syllogismus ē. Principia demonstrationū sunt indemonstrabilia: hæc est maior: & fuit secūdū assumptū. Definitiones sunt principia demonstrationum: hæc est minor, fuit primū assumptū. Ergo definitiones sunt indemonstrabiles. ¶ Quo vero ad verba attinet. Et græce uocabitur, & in translationibus antiquis uel habetur: tū & legi debet pro ergo: hoc pacto et definitiones erunt indemonstrabiles, id est ergo primæ definitiones erunt indemonstrabiles erunt. Addi uerbū primæ: non ad necessitatem: sed ad innuendum definitiones omnes respectu eorum quorū sunt: eē primas. ¶ Sed dices ex hoc syllogismo nihil aliud h̄ nisi definitiones esse indemonstrabiles. At nostra intentio est probare non omnium: quorū est definitio: esse demonstrationem. Quam dubitationem Simplicius retigit. ¶ Dicendum ex hoc haberi propositum: nam si definibile sunt definitiones: quæ de illis non sunt demonstrabiles: aliquorum erunt definitiones. s. definibilem, quorum non erunt demonstrationes. Et ita

m. 58. phi.  
Dubb.  
Solutio, Com. 8.  
O B  
P C  
Q D  
Alex.

est medium causam esse, & in figura prima demonstrari, Vniuer- sale enim & praedicatiuum est, quod demonstratur. Vnus quidē modus nunc exquisitus est per aliud quod quid est monstrare.

¶ Quod definitio vna per alteram demonstrari possit. Se- cunda ratione declarat: & non modo per ostensa: & Phi- loponus exponit hunc locum valde breuiter. Propterea secundum eius expositionem Aristo. primo sumit in rerū natura dabilem esse causam aliquam, & hoc inquit Quo- niam est aliqua causa: hanc non probat: quia patet. Est. n. aliquod causatum: ergo & aliqua causa. Secundo sumit du- plicem esse causam: nam alia est, quae eadem est definitio, Alia quae non est eadem definitio: Inquit. Et hanc aut ea- dem. .i. definitio causatoq; est: aut alia a causato definitioq; ipso. Causa eadem definitio atq; causato (vt arbitrō) est formalis, cum sit tota essentia ipsius causati, quod defini- tur. Caetera vero causae sunt aliae a definito: materia qui- dem: quia non est essentia rei definite. Efficiens, & finis: quae sunt extrinsecus existentes. Tertio sumit q; earum causa- rum, quae aliae sunt a definito ipso, Alia est demōstra- bilis de suo causato, utpote, quando de illo ignoratur: Alia vero est indemonstrabilis. .i. quando de illo est per se manifesta. Et hoc inquit. Et si utiq; alia, aut demonstra- bilis est, aut indemonstrabilis quae per se de suo causato quæritur. Est indemonstrabilis: quae de suo causato ma- nifesta est. Ex his suppositionibus concludit Primo esse aliquam causam: quae est medium. .i. eam, quae indemon- strabilis est: vt est formalis: & aliquam esse demonstrabilem videlicet eam, quae non per se patet de suo causato, vt ip- sa materialis. Itemq; & demōstrationem talem esse in pri- ma figura: quia causa materialis: cum sit definitio materia- lis: vniuersaliter & affirmatiue praedicatur de eo: cuius est causa materialis. Inquit. Si igitur ē causa aliqua alia a suo causato, & contingit demonstrari: vt sit non per se nota de suo causato, necesse est aliquam causam esse: quae est indemonstratio illius causae medium, & sup. aliquam causam esse demonstrabilem, Medium est formalis cau- sa, quia est tota essentia causati: & eadem illi demonstra- bilis est causa materialis, quae est alia a causato, etiam ef- ficiens: & finalis. Et necesse est demonstrabilem demon- strari de suo causato per indemonstrabilem in prima figu- ra, immo in primo modo, nam causa: quae demonstratur cum: sit definitio: vniuersalis & praedicatiua est. Ex his deducit intentum quod proposuit: & inquit. Vnus qui- dem igitur modus nunc exquisitus est: quod demonstrari possit ipsa definitio: & est ipsam materialem definitionem demonstrari de definito per aliud quod quid est. .i. per formalem definitionem: nam materialis cū sit alia a suo definito, non est per se nota de illo, Formalis vero: cum sit eadem suo definito: est per se nota de illo: Ideo mate- rialis per formalem demonstrari potest. Hanc graeci quo ad hanc verba, & quidem dilucide.

¶ Nam medium ipsorum quid est necesse est esse quid est, & pro- prium identidem proprium. Quare diffinitionum eiusdem rei alia ostendet, alia non ostendet. Atq; huiusmodi non est demonstratio ipsius quid est, ut antea diximus, sed ratiocinatio ad differendi modum accommodata.

¶ Horum enim quod quid est necesse est medium esse quod quid est: & proprium proprium. Quare hoc quidem demonstrabit.

illud uero non demonstrabit eorum, quae sunt quod quid est eius- dem rei. Hic quidem igitur modus, q; non sit demonstratio dictum est prius. Sed est syllogismus logicus ipsius quid est.

¶ Et quia quispiam dicere posset materialem definitionem esse demonstrabilem de eo: cuius est causa materialis: sed non per definitionem formalem, sed per aliud quippiam definito accommodatum: quasi confirman- do id: quod dixerat, refellit tacitam hanc responso- nem: & inquit. ¶ Horum enim quae sunt quod quid est demonstrabilia: necesse est medium esse quid est: & non propriorum accidentim aliquod, Sed & pro- priorum maxime proprium: veluti est definitio for- malis: quae est omnium conuertibilium cum definito maxime proprium. Huius rei pulchrum exemplum affert Philoponus, exempli gratia inquit. In Sō- crate feruet sanguis circa cor. In quo autem feruet sanguis circa cor: Irascitur. Si vero quispiam inter- roget: quae sit causa eius: quod est eum, in quo fer- uet sanguis circa cor, Irasci: dicemus q; est appetitus vindictae, modo formalis est hanc definitio Iræ, & hac definitione in medio termino posita: concludet defi- nitionem materialem in syllogistica demonstratione. Ex his Aristo. concludit quare eorum, quae sunt quod quid erat esse eiusdem rei. Hoc quidem monstrabit: id est faciet demonstrationem, vt materiale: Illud ve- ro non monstrabit. id est non faciet demonstrationem: vt formale quid est: hoc pacto exponit Philoponus: aut sic quare eorum: quae sunt quod quid erat esse e- iusdem rei: hoc quidem monstrabit, scilicet est me- dium in demonstratione: vt formale quod quid est. Illud vero non monstrabit, vt medium, sed erit po- tius demonstratum: vt materiale quod quid est. ¶ Sed contra: quia superius dictum est totum oppositum: diximus enim definitionem demonstrari non posse de definito: vt quid est, & hic dicit oppositum: ait enim illam posse demonstrari per aliud quid est: Solut. & inquit. Hic quidem igitur modus, q; non sit demon- stratio, dictum est prius: quia petit principium ergo Syllogismus in quo materialis per formalem syllogi- zatur: non est demonstratio. Sed est syllogismus Lo- gicus definitionis materialis: vt quid est, quia ex pro- babilibus concludens, non autem demonstrans. Et ita in toto hoc capit. cum dictum est ipsum quod quid est per aliud quod est demonstrari posse, sumpsimus demonstrari pro Dialectice ostendi: vt Philoponus inquit. Hanc sunt, quae mihi videntur circa hanc ob- scura verba.

¶ Quo autem modo fieri potest, ut quid est eliciatur ex demon- stratione: deinceps dicamus oportet, hinc rursus initio sumpto. Nam ut quærimus propter quid est prius habentes esse, interdum uero & simul nota nobis hanc sunt, sed nunquam fieri potest, ut antea cognoscamus cur est quae percipiamus esse. sic pari ratione neq; quid est quæreret, utiq; cognoscere possumus sine perceptione ipsius esse. Fieri enim nequit ut quid est unquam sciamus, si igno- remus si est.

¶ Quo autē modo cōtingat, dicemus, dicentes iterū ex principio. Sicut enim propter quid quærimus habentes quia aliquando au-

E  
Com. 59.  
F  
Exemplū Philopo.  
G  
Superiori textu cō. 47. & cō. 48.

tem simul manifesta sunt, Sed neq; prius propter quid possibi...

ciendum quid est nullo modo nos quicquam habere. Neq; n. illa...

Quaecunq; quidem igitur secundum accidens scimus quia sunt ne...

Philoponus videtur velle qd Aristot. intendat probare qd ea quae...

Habemus autem si est nonnunquam per accidens: nonnunquam ali...

Suppositum nos posse habere si est: & quod est: aut simul, aut...

NA Com. Exp. Philop. O B Propri. exp. P C Q D

visitantur altaria: Stoici vero Deos esse asserunt: quia mor...


Quarum igitur rerum aliqui habemus ipsius quid est earum...

Quorum igitur habemus aliquid ipsius quid est. Primum quidem...

Dixit aliquando simul haberi si est, & quid est: utpote...


Si vero non: quia scimus, propter quid autem non scimus.

ratio causalis & definitiua: nam si habemus qd sit & aliquid...




scilicet habendi duos rectos. In c. vero pone triangulum, & tunc patet...

Quod si non sit, esse quidem scimus: propter quid autem ne...



E F G H

Sit igitur Luna C, defectus A, Lunam plenam umbram non posse facere nullo nostrum medio manifesto existente: in quo B. Si igitur in C est, quod est Lunam non posse facere umbram, cum nullus nostrum in medio sit. In hoc autem A quod est deficere, quid deficit quidem manifestum est: sed propter quid: nondum. Et quid defectus est quidem scimus, quid autem est: nescimus. Cum autem manifestum est quia A in C est: propter quid autem est quæritur: B est quærendum quid est: Vtrum sit obiectio aut conuersio Lune, aut extinctio luminis. Hæc autem est ratio alterius extremi: ut in his, quæ sunt ipsius A, Est enim defectus obiectio a Terra: quid est Tonitruum, Ignis extinctio in Nube: propter quid Tonat, propter extingui Ignem in Nube, sit Nubes C, Tonitruum A, extinctio Ignis B, in C igitur Nube est B, extinguitur enim in ipsa Ignis, Huic autem inest Sonus, & est ratio ipsius A primi termini. Si autem iterum huius aliud medium sit, ex reliquis erit rationibus.



Com. 64. Declarauit in quibus scimus simul quia est, & quid est: Et dixit nos scire simul si est: & quid est: quando scimus quia est per medium hoc est per causam: nam causa est definitio causalis. Nunc vero declarat quando non scimus simul quia est: & quid est, & inquit. P Si vero non scimus per medium. scilicet causale alicuius rei existentiam, sed per accidens illi existentiae: quia est scimus: quid autem res sit, nescimus: & ponit exemplum sit Luna C, defectus A, Lunam plenam omni impedimento deducto. Umbram non posse facere, dico omni impedimento deducto, ita ut nec Nebula occultet Lunam, nec aliquo nostrum in medio existente manifesto: quo ipsa Luna occultetur: Luna igitur plenam omni impedimento deducto Umbram non posse facere ponatur in quo B. Si igitur terminis sic dispositis: In C est B, Hoc est in Luna est non posse facere Umbram: cum nullus nostrum in medio sit. Hæc enim vera est Luna non facit Umbram deducto omni impedimento. In hoc autem C. B est A, quod est deficere, quoniam omne lumine deficiens non facit Umbram: terminis & propositionibus ita concessis, quia deficit Luna quidem manifestum est: sed propter quid deficiat nondum manifestum est: & ne quis dicat exemplum non esse ad propositum, quia nos loquimur in quodæ simplici, & exemplum est in composita: Ideo subdit: & quia defectus est, quidem scimus: quid autem est defectus, nescimus. Et ita pater in simplici quodæ quando non simul scimus quia est, & quid est. Deinde ostendit ordinem in quæstis: vt ostendat hoc, quod dictum est, esse bene dictum, et inquit, Cum autem manifestum est quia A defectus in C Luna est: & quæritur propter quid A inest ipsi C, hoc quærendum est B quærendum quid est: Vtrum sit obiectio, aut conuersio Lune: aut extinctio luminis. Ab Antiquis tres causæ Eclipsis Lune assignate sunt. Quidam enim dixerunt Lunam Eclipsari: quia habet duas facies: Alteram lucidam, Alteram Opacam: Cum conuertit ad nos Opacam faciem dixerunt illam Eclipsari. Alij dixerunt Lunam extingui in sua luce certo tempore: & certo non. Dicebant vero Eclipsari, cum extinguitur in luce. Veriores dixerunt Lunam Eclipsari cum Terra interponitur inter ipsam & Solem. Propterea Aristo dicit B quærendum est quid est: Vtrum obiectio Terræ, quæ reuera causa est Eclipsis: aut conuersio Lune: aut extinctio luminis. Verum istæ vltimæ duæ causæ (vt Philoponus inquit) falsæ sunt. Sed quæuis assignetur: hæc (vt Aristoteli inquit) est ratio, & definitio alterius termini: vt in his definitionibus: quæ sunt ipsius A, Est enim defectus obiectio a Terra, & ita est definitio prædicati: cum reponatur in his definitionibus: quæ sunt ipsius A, quod est prædicatum. Et non contentus vno exemplo, apponit aliud secundum Pythagoram (vt dicit Philoponus) & inquit. Quid est Tonitruum Ignis extinctio in Nube facta, propter quid Tonat: quia extinguitur ignis in Nube: ergo sit Nubes C, Tonitruum A, extinctio ignis B, terminis sic dispositis: C Igitur Nube est B, extinguitur enim in ipsa Nube Ignis, Huic autem B inest sonus siue Tonitruum: quod enim extinguitur in Nube: tonat. Patet etiam hoc exemplo B esse rationem definitionem atque causalem ipsius A primi termini. Si autem iterum huius aliud medium sit: ex reliquis erit rationibus. P Thomas bonus Aristotelis interpretis exponit hæc: Si autem inquit: Oportet accipere adhuc aliud medium ad demonstrandum definitionem maioris aut de subiecto: aut de ipsamet maiore: ex reliquis erit rationibus: hoc est tale medium erit ex rationibus subiecti, nam definitio subiecti potest esse medium ad demonstrandum definitionem maioris de maiore, & de subiecto illius maioris, potest enim definitio hominis esse medium ad demonstrandum aptum ridere de risibili: & de ipso homine. Philoponus autem hæc Aristoteli dicit addere: quia contingit quandoque demonstrari prædicatum aliquod de subiecto per aliud prædicatum per se: quod per se competit prædicato demonstrato, vt si demonstraremus risibile de homine per disciplinæ capax: hoc pacto hominis homo est disciplinæ capax, omne disciplinæ capax est risibile: ergo omnis homo est risibilis. Vbi patet risibile de homine demonstrari per quoddam prædicatum per se de risibili, & de homine: quod non est definitio risibilis: ideo dicit. Si autem iterum huius maioris propositionis: videlicet omne disciplinæ capax est risibile, aliud medium sit, quia medium non est definitio: ex reliquis erit rationibus demonstrandum: vt pote ex ratione risibilis prædicantis de homine: & ita quotiens demonstratur passio de aliquo subiecto, & non per definitionem passionis, sed per aliam passionem: Potest adhuc accipi aliud medium scilicet definitio passionis: Illius ad probandam maiorem propositionem: hæc vt puto: Philoponus intelligit.

Com. 65. Tres causæ de eclipsis lune assignate fuerunt ab antiquis, quia.

Quo igitur pacto sumitur ipsum quid est & fit notum, satis iam diximus. Quare ratiocinatio quidem ipsius quid est demonstratio que non fit per ratiocinationem tamen innotescit & demonstratio. Quo circa neque sine demonstratione fieri potest, ut cognoscatur ipsum quid est cuius est alia causa, neque rursus ipse est demonstratio, ut in dubitationibus etiam diximus. Quomodo quidem igitur accipitur quid est, & fit notum, dictum est. Quare syllogismus ipsius: quid est non fit, neque demonstratio. Manifestum tamen est per syllogismum & demonstrationem. Quare neque sine demonstratione est cognoscere

N A scere quid est, cuius est causa alia, neque est demonstratio ipsius: si cut & in oppositionibus diximus.

Epilogar & ppositum concludit, Vbi debes scire aliud esse alicuius esse demonstrationem, & aliud esse esse aliquid notum p demonstrationem: vel non sine demonstratione. Prædicati quæ de aliquo subiecto demonstratur, demonstratio atque syllogismus est. Et ipsum per demonstrationem innotescit: medium vero p quod prædicatum illud de subiecto demonstratur: p demonstrationem innotescit, quia non sine demonstratione patet: non tamen eius est demonstratio aut syllogismus: cum de nullo vt prædicatum demonstratur, vult igitur (vt Philoponus & Simplicius exponunt) definitionis non esse demonstrationem tanquam prædicati: quæ de subiecto demonstratur. Sed vult ipsam p demonstrationem haberi, quoniam in demonstratione simul habetur quæ est: & quid est. inquit. P Quo quidem igitur accipitur quid est: & fit notum: & dictum est: & mihi videtur verbum quare legendum esse causaliter. quod causam eius: quod Epylogaruit, dicens, nam syllogismus ipsius quid est: vt de altero prædicantis non fit, neque demonstratio: manifestum tamen est p syllogismum & demonstrationem: saltem quia connotescit cum eo: quod demonstrat. Et propterea concludit: quare neque sine demonstratione est cognoscere quid est: eius rei vide licet: cuius est alia causa, & definitio causalis. Neque est demonstratio ipsius (vt prædicati: vt in oppositionibus diximus) quia esset petitio principii. Ex his apparet quod definitio causa & medium idem est (vt Themistius colligit) Nam definitio est medium compositionis syllogisticæ, causa vero essendi prædicati: definitio autem prædicati.

Est autem quorundam quædam alia quædam causa, quorundam autem non est. Quare patet ut ipsorum quid est quædam uacare medio principiaque esse. Quæ quidem esse, & quid sunt supponere, uel alio modo facere manifesta oportet. Quod arithmeticus facit. Nam & quid sit unitas, & unitatem esse supponit. Eorum autem quæ mediū habet, & quorundam est aliqua causa, alia a substantia fit. ut p demonstrationem ipsum quid est, ut diximus declaratur, non demonstratur.

Est autem quorundam quidem altera quædam causa: quorundam autem non est. Quare manifestum est quoniam eorum: quæ sunt quid est: alia quidem sine medio & principia sunt: quæ esse: & quia sunt supponere oportet: aut alio modo manifesta facere: quæ quidem arithmeticus facit. Et namque quid est unitatem supponit: & quia est. Sed habentium medium: quorum est quædam altera causa a substantia: est per demonstrationem (sicut dictum est) ostendere: non quid est demonstrantes.

Iste textus non est leuis, nec clarus (vt vides) Philoponus exponit, quæ Aristoteli postquam declarauit in ipso quia est, quæ per causam demonstratur, videri ipsum quid est, Nunc ostendit non esse hoc in omnibus: nam definitionum alia est: quæ nec p demonstrationem, nec in demonstratione innotescit. Alia vero, quæ licet non demonstratur, in demonstratione innotescit: pcedit autem a diuisione rerum: ad diuisionem definitionum: & inquit. P Est autem quarundam rerum: quæ alteri inexistunt: vt Ite Eclipsis: Tonitruum: & cæterarum id genus. Altera quædam causa, quia ipse non sibiipsum causæ sunt: vt alteri insunt. Non enim ipsa Ira sibiipsum causa est: vt alicui insunt: nec Eclipsis vt in sit Luna: nec Tonitruum: vt insit nubibus. Quædam autem rerum, quæ alteri insunt: non est altera causa, Sed ipsæ sibiipsum causæ sunt: vt alteri insunt. Vt Linea Vnitas Punctus & similia: Vnquamque enim horum ipsum sibiipsum causa est linea, nisi sibiipsum causa est: quatenus est longitudo sine

latitude, & vnitas sibiipsum causa est, Et si quis hæc habere causam: quia sunt accidentia. Rūder Thomas: & quidem bene, hæc habere causam, Sed non vt contrahuntur ad aliquod genus subiectum alicuius scientiæ, Vnitas enim licet habeat causam, non tamen (vt contrahitur ad Arithmetici) cuius subiectum est Vnitas: habet causam: nam in numeris est deuenire ad vnitatem: cuius in hoc genere non est aliud principium. Ex hac diuisione rerum, concludit diuisionem definitionum, & declarat quæ definitiones in demonstratione patent: & quæ non patent: sed sunt p se notæ vel p sensum: uel seipsis: & inquit. Quare manifestum est quæ & ipsorum quæ quid est siue definitionum. Alia quidem sine medio & principia sunt: sine medio quidem: quia earum non est demonstratio, principia vero, quia ipsa esse & quia sunt supponere oportet, aut alio modo manifesta faceret: utpote per sensum. Sic igitur patet esse quasdam definitiones: quæ nec demonstrantur: nec in demonstratione innotescunt, Sed (Vt principia in scientiis supponuntur) & tales definitiones earum rerum sunt, quæ in scientiis sibiipsum causæ sunt. Quod quidem Arithmeticus facit: nam & quid vnitas sit: supponit, & quia est. Deinde tangit aliud membrum: & inquit. Sed rerum: quæ habent medium, hoc est, Sed rerum quæ alteri insunt per medium: quarum est altera causa ab ipsarum substantia siue existentia: vt sunt Ira: Eclipsis: Tonitruum, & id genus: ipsum supple quid est, est vt dictum est, p demonstrationem ostendere: non tamen quid est demonstrantes. Sic igitur definitiones aliarum sunt: quæ in demonstratione innotescunt: licet p demonstrationem (vt prædicata non demonstrantur) & hæc sunt earum rerum: quæ non sunt ipsæ sibiipsum causæ essendi: sed in subiecto genere alicuius scientiæ habent alteram causam, ideo clarescunt, atque sibiipsum demonstrationibus inuestigantur. P Quo vero ad verba attinet: Verba illa definitiones quidem secundum speciem factæ nullum habent medium: quo demonstrantur: sed definitiones secundum materiam factæ possunt habere medium: non legi in Græcis Codicibus, nec Philoponus: nec Simplicius in suis libris habebant, nec sunt ad propositum expositionum Græcorum, Propterea recte Thomas inquit, Illa fuisse potius glossam, quæ per errorem scriptorum introducta est loco textus.

Cum autem definitio dicatur esse oratio ipsius quod est, patet quandam definitionem orationem esse, quæ id explicat quod nomen significat, uel quæ nominis interpretationem complectitur, ueluti quid significat triangulus nomine, quem habentes esse, querimus. deinde propter quid est.

Definitio autem: quoniam dicitur ratio ipsius quid est: manifestum est: quoniam aliqua quidem ratio erit ipsius quid significat nomen: siue altera ratio nominalis: ut ipsum quod significat: quid est inquitum triangulus, quod quidem habentes quid est: Querimus propter quid est.

Duo hucusque declarauit: an definitionis sit demonstratio, & quomodo definitio in demonstratione colligatur: At nunc distinguit definitionem, & declarat quot modis definitio: & hoc propter duo (vt Phil. inquit Et vt intelligamus de qua definitione ea, quæ dicta sunt intelligenda sunt, & vt sciamus quid ipsa definitionis definitio sit: Cum enim definitio sit multiplex: non potest scribi quid ipsa definitio sit, nisi multiplicitas tollatur: inquit. P Quoniam autem definitio dicitur ratio ipsius quid est: & quid est duplex est: aut quid est absolute: aut quid est ipsam nomem significans: manifestum est, quoniam definitio duplex est, Alia quidem ratio erit ipsius significantis: vt ipsius quid

Philoponus exponit, quæ Aristoteli postquam declarauit in ipso quia est, quæ per causam demonstratur, videri ipsum quid est, Nunc ostendit non esse hoc in omnibus: nam definitionum alia est: quæ nec p demonstrationem, nec in demonstratione innotescit. Alia vero, quæ licet non demonstratur, in demonstratione innotescit: pcedit autem a diuisione rerum: ad diuisionem definitionum: & inquit. P Est autem quarundam rerum: quæ alteri inexistunt: vt Ite Eclipsis: Tonitruum: & cæterarum id genus. Altera quædam causa, quia ipse non sibiipsum causæ sunt: vt alteri insunt. Non enim ipsa Ira sibiipsum causa est: vt alicui insunt: nec Eclipsis vt in sit Luna: nec Tonitruum: vt insit nubibus. Quædam autem rerum, quæ alteri insunt: non est altera causa, Sed ipsæ sibiipsum causæ sunt: vt alteri insunt. Vt Linea Vnitas Punctus & similia: Vnquamque enim horum ipsum sibiipsum causa est linea, nisi sibiipsum causa est: quatenus est longitudo sine

latitude, & vnitas sibiipsum causa est, Et si quis hæc habere causam: quia sunt accidentia. Rūder Thomas: & quidem bene, hæc habere causam, Sed non vt contrahuntur ad aliquod genus subiectum alicuius scientiæ, Vnitas enim licet habeat causam, non tamen (vt contrahitur ad Arithmetici) cuius subiectum est Vnitas: habet causam: nam in numeris est deuenire ad vnitatem: cuius in hoc genere non est aliud principium. Ex hac diuisione rerum, concludit diuisionem definitionum, & declarat quæ definitiones in demonstratione patent: & quæ non patent: sed sunt p se notæ vel p sensum: uel seipsis: & inquit. Quare manifestum est quæ & ipsorum quæ quid est siue definitionum. Alia quidem sine medio & principia sunt: sine medio quidem: quia earum non est demonstratio, principia vero, quia ipsa esse & quia sunt supponere oportet, aut alio modo manifesta faceret: utpote per sensum. Sic igitur patet esse quasdam definitiones: quæ nec demonstrantur: nec in demonstratione innotescunt, Sed (Vt principia in scientiis supponuntur) & tales definitiones earum rerum sunt, quæ in scientiis sibiipsum causæ sunt. Quod quidem Arithmeticus facit: nam & quid vnitas sit: supponit, & quia est. Deinde tangit aliud membrum: & inquit. Sed rerum: quæ habent medium, hoc est, Sed rerum quæ alteri insunt per medium: quarum est altera causa ab ipsarum substantia siue existentia: vt sunt Ira: Eclipsis: Tonitruum, & id genus: ipsum supple quid est, est vt dictum est, p demonstrationem ostendere: non tamen quid est demonstrantes. Sic igitur definitiones aliarum sunt: quæ in demonstratione innotescunt: licet p demonstrationem (vt prædicata non demonstrantur) & hæc sunt earum rerum: quæ non sunt ipsæ sibiipsum causæ essendi: sed in subiecto genere alicuius scientiæ habent alteram causam, ideo clarescunt, atque sibiipsum demonstrationibus inuestigantur. P Quo vero ad verba attinet: Verba illa definitiones quidem secundum speciem factæ nullum habent medium: quo demonstrantur: sed definitiones secundum materiam factæ possunt habere medium: non legi in Græcis Codicibus, nec Philoponus: nec Simplicius in suis libris habebant, nec sunt ad propositum expositionum Græcorum, Propterea recte Thomas inquit, Illa fuisse potius glossam, quæ per errorem scriptorum introducta est loco textus.

Cum autem definitio dicatur esse oratio ipsius quod est, patet quandam definitionem orationem esse, quæ id explicat quod nomen significat, uel quæ nominis interpretationem complectitur, ueluti quid significat triangulus nomine, quem habentes esse, querimus. deinde propter quid est.

Definitio autem: quoniam dicitur ratio ipsius quid est: manifestum est: quoniam aliqua quidem ratio erit ipsius quid significat nomen: siue altera ratio nominalis: ut ipsum quod significat: quid est inquitum triangulus, quod quidem habentes quid est: Querimus propter quid est.

Duo hucusque declarauit: an definitionis sit demonstratio, & quomodo definitio in demonstratione colligatur: At nunc distinguit definitionem, & declarat quot modis definitio: & hoc propter duo (vt Phil. inquit Et vt intelligamus de qua definitione ea, quæ dicta sunt intelligenda sunt, & vt sciamus quid ipsa definitionis definitio sit: Cum enim definitio sit multiplex: non potest scribi quid ipsa definitio sit, nisi multiplicitas tollatur: inquit. P Quoniam autem definitio dicitur ratio ipsius quid est: & quid est duplex est: aut quid est absolute: aut quid est ipsam nomem significans: manifestum est, quoniam definitio duplex est, Alia quidem ratio erit ipsius significantis: vt ipsius quid

Dubio Responsio S. Tho. F Verbosè expolito. H Com. 67.

significat nomē. Siue (quod idem est) Altera est ratio nomi-  
nalis: quae dicitur interpretatiua nominis, Altera supple erit  
ipsius significati (ut pote quid ipsum est) et ponit exemplum  
nominalis definitionis: & inquit. Ut ipsum nomē trian-  
gulus, quod significat, quid est in quantum triangulus, hoc est  
inquit nomen trianguli. Deinde sequuntur illa verba quae  
quidem habet: quid est, illud quod significat: quimus pro quid est.  
Et tunc iuxta hanc exponē velle videtur Aristoteli, de no-  
mine esse duas quōnes velle quid significat nomen: propter quod  
significat, ut hoc nomen Lapis quid significat, si dicitur Silici-  
cem, vel Marmor, quare propter vterius: quare: & possumus  
dicere quia ledit pedē: Siliter de nomine triangulus, quare  
propter quod quid hoc nomen significat, & possumus dicere hanc  
figuram, quae in puluere est, iterum si quis querat propter quod,  
dicemus, quia triangulus dicitur quia est trium angulorum. Vel  
lege sic: quod quidem significatur trianguli habet quod est  
ide est esse, & quae sit: quare quimus propter quod est, & tunc vult sci-  
ri aliquid rem esse ex interpretatiua ratione: & quum sciri rem  
esse ex interpretatiua ratione, quare quimus: propter quod est res il-  
la, Philoponus legit sic: quod quidem habet quod est: hoc est  
quam definitionem nominalem cum inuenimus prius quod  
est: tunc quare quimus propter quod est: id est calē rei definitio-  
nem: quae est essetiuatur naturae rei, & ita inuenit ordinem  
definitionum: est definitio nominalis prior, postea essen-  
tialis: quae est & causalis: & haec expositio magis placet.  
Difficile autem est hoc pacto sumere ea quae nescimus esse, cau-  
samque difficultatis antea diximus nam neque si sint an non sint sci-  
mus, nisi per accidens.  
Difficile autem est sic accipere, quae nescimus quia sunt, cau-  
sa autem prius dicta est difficultatis, quia neque si est aut non est  
scimus nisi secundum accidens.  
Quia Aristoteli accepit duas esse definitiones, Alteram no-  
minis: Altera rei: quam calē: & propter quod appellādū: Nunc  
(ut Philoponus arbitratū ponit dīam inter illas) & vult  
definitionē nominis posse haberi sine praesentia ipsius quae  
est: scimus, n. quid nominis Vacuum: & nō scimus quia est.  
At definitio rei haberi non potest, nisi praesentiam quia est  
res. Et iuxta haec lege difficile autē immo impolē ē sic id  
est quiditatu accipere ea, quae nō scimus quia sunt: & cā  
difficultatis dicta est prius, s. quia si ē praecedat quid est. At quod  
nominis haberi potest sine praesentia existētiē rei. Et dices cō-  
tra quoniam definitio quod nominis vī sufficere pro scien-  
tia existētiē rei, Rūdet talem non sufficere: quia neque si est  
aut non ē scimus pro definitionē quid nominis sup. nisi per  
accidens: ut pote in quantum rō nominis sumitur: aliquo  
mō ab accidentibus rei, quae significat per nomen. Vel  
fortasse aliter haec verba intelligi possunt: dictum est. n.  
post scientiam quid rei. Contra quod obijceret, quia tūc quod  
rei posset haberi sine praesentia existētiē: cum statim ad  
quid nominis sequatur quid rei. Respondeat difficile autē ē  
si, s. quiditatu accipere ea: quae nō scimus quia sunt: & ita  
post scientiam quid nominis: non statim scimus quid rei,  
nisi cū difficultate & cā difficultatis dicta est prius: quia nō  
mō ignoramus quid ē ignorato quia ē, immo nō possū-  
mus scire quia est nisi sciamus quid ē, quia ignorato quid  
est, ignoramus quia ē: & solū per accidens posset sciri. Qua-  
re intelligendum est post scientiam nominis sequi scien-  
tiam quid rei, non tū sine scientia existētiē illius rei. Sed  
post sciam quid nominis, habebimus simul quod rei, & quae  
per artem superius assignatam, Diximus, n. quia est quae

do habetur non per definitionem, non sciri nisi per accidēs.  
At. n. oratio ē una dupliciter. Alia namque cōiunctione est una, ut  
illas. Alia quia unū de uno declarat, nō per accidēs. Vna igitur haec  
est definitio diffinitionis quā diximus. Alia autē est definitio oratio  
quae declarat propter quod quid ē. Quare prior significat quidē, sed non  
ostendit, posteriorem autem patet quasi demonstrationem esse ip-  
sius quid, est positione differentem a demonstratione.  
Ratio autem una dupliciter ē: haec quidē cōiunctione: ut Illas:  
Alia uero unum de uno ostendens nō per accidēs. Vnus quidē igitur  
terminus termini est: qui dicitur ē. Alius uero terminus est rō  
demonstrā propter quod est: quare prior significat quid ē: demonstrat aut  
minime. Posterior uero: manifestū est quoniam erit ut demonstra-  
tio ipsius quid est: ostione differentem a demonstratione.  
Dicitur est definitio ē rōne: siue orationē, ipsius quid  
est, propterea ex his: quae orationi accidunt (ut Philoponus in-  
quit) Ponit accidentia definitionis. Et inquit, per Rō autem  
vna dupliciter est: haec quidē cōiunctione vna est, ut  
illas. Tota. n. historia de bello Troiano est vna oratio cō-  
iunctione vnus dictionis, quae est haec illas. Significatur  
n. tota oratio de bello Troiano vno nomine videlicet  
illas. Potest etiam oratio esse vna cōiunctione id est copula-  
tione: ut copulatiua propō. Socrates est Philosophus &  
Socrates est Musicus: vel disiuuctione: ut omne Ens est  
agēs vel patiens. Sic igitur oratio est vna primo modo: quae  
cōiunctione est vna: siue illa cōiunctio sit dictionis: siue no-  
ta: Alia uero dicitur una: quia declarat vnum praedica-  
tum & non per accidens de vno subiecto, eo quod est esse  
vnus naturae. Dixit non per accidens, quia si per ac-  
cidēs: praedicaretur praedictum de subiecto: cum accidēs  
sit aliud quid ab ipso subiecto: Talis definitio non dicitur  
vna oratio sic igitur oratio dupliciter dicitur vna: aut cō-  
iunctione, aut assentia & vnitate praedictati: quare cū de-  
finitio sit oratio, etiam definitio dicitur vna dupliciter,  
cōiunctione, & sic definitio nominalis est vna: aut vnitate  
praedictati: & sic definitio quid rei est vna. Patet ergo  
(ut recte, Philoponus inquit) ex accidentibus orationis:  
quae est genus definitionis, colligi accidentia definitionis,  
quae est illius species. Ex his colligit definitiones defini-  
tionum: & primo definitionis dicentis quid: est. n. defini-  
tio dicens quid, Oratio vna vnum de vno declarans nō  
per accidens: & hoc inquit. Vnus quidem igitur termi-  
nus & definitio termini id est definitionis est: qui dicitur  
est. Dicitur est. n. definitionem dicentem quid esse oratio-  
nem vna vnum praedictatū de vno subiecto per se decla-  
rantē. Deinde ponit definitionem definitionis causalis, quae  
dicitur propter quod & inquit. Alius uero terminus est Oratio  
demonstrans propter quod quid, haec est definitio definitionis  
dicentis propter quod quid: tacuit autem definitionem defini-  
tionis nominalis: quia superius eam posuit. Ex his (ut mi-  
hi videtur) Colligit differentiam inter definitionē dicen-  
tem quid: & definitionē dicentē propter quod quid, & inquit. Qua-  
re prior quidē definitio, quae dicit quid: significat quidē  
ipsum quid rei sup. demonstrat uero minime: cū potius  
sit ut Conclusio: & non ut demonstratio: Ut dicemus  
postea. Posterior uero. s. quae dicit propter quod: manife-  
stum est quoniam erit quasi demonstratio ipsius quid est:  
id est ipsius definitionis dicentis quid pone differens a de-  
monstratione: haec est differentia. Ex hoc apparet Error  
eorū: quod dixerunt Aristoteli, posuisse differentiam inter nomina-  
lem definitionem, & definitionem dicentē propter quod quid. Hoc  
enim falsum est: & superfluum, quia superius posuit.

N A  
T ex. 10  
70  
Com. 6  
B  
O  
C  
P  
D  
Q  
Error quorū

Interest. n. cum propter quod tonat, atque quid est tonitruum di-  
citur. Quippe cum ad primum haec accommodetur redditio, quia  
in nubibus ignis extinguitur. Ad secundum haec competat, sonus  
cum extinguitur in nubibus ignis. Quare eadem ratio diuerso di-  
citur modo. Et illo quidem modo continua est demonstratio, hoc au-  
tem est diffinitio.  
Differt enim dicere propter quod tonat, & quid est tonitruum.  
Dicit enim sic quidem propter quod id, quod extinguitur ignis in nu-  
bibus. Quid tonitruum est. Sonus extincti ignis in nubibus. Qua-  
re eadem oratio alio modo dicitur, & sic quidem demonstratio  
continua, sic autem diffinitio.  
Dixit causalē, definitionē quae propter quod vocat: a de-  
monstratione nō differre nisi positione. Nunc illud decla-  
rat: & sumit pro demonstratione haec: videlicet, Quia ex-  
tinguitur ignis in nubibus, pro definitione uero propter quod:  
sumit sonus extincti ignis in nubibus, quia illa demonstratio  
patet quia si quateratur propter quod Tonat: ipse demon-  
strans. Dicit, quia extinguitur ignis in nubibus. Quod ve-  
ro alia sit definitio, etiam constat, quia si quateratur quid sit to-  
nitruum. Dicit definiens. Sonus extincti ignis in nubibus.  
Quare prima est demonstratio, cū assignetur pro ea quae  
est propter quod. Secunda definitio, cū assignetur ratio ad quae  
fieri quod est, unde inquit, Dixi definitionē propter quod non  
differre a demonstratione, quia differre dicere in quōne propter quod  
tonat: & quod est tonitruum: nā ad primā quōne dicit demon-  
strans sic quod est: propter quod id quod extinguitur ignis in nubibus,  
& sic totū hoc quae extinguitur ignis in nubibus: per demon-  
strans: quae assignatur pro ea in quaesito propter quod: to-  
nitruum est si fiat quod: dicit definiens, Sonus extincti ignis in  
nubibus, & sic hoc totū. Sonus extincti ignis in nubibus  
est definitio propter quod: quae assignatur pro ratione ad quae  
fieri quod est. Mō haec duo. s. & illud quod assignatur pro ea  
in quaesito propter quod: & quod assignatur pro ratione in quaesito  
quid est eadē fuit: & in paucis differre: ideo cōcludit. Qua-  
re eadē oratio alio modo dicitur atque alio, licet re & subiecto  
eadē sit: & sic quidē (ut assignatur pro causa in quaesito pro-  
pter quod) est continua demonstratio: sic autē, s. ut assignatur ratio  
in quaesito quod est: est definitio. Sed dices non vī eadem  
oratio esse. Vtraque illarū, quia prima quae assignatur pro  
ea, non sumit sonum: per quē datur intelligi definitio dicēs  
quid. Ut. n. dicemus: Tonitruum definitio dicēs quid: quam  
Philoponus vbiq; materialē appellat: est haec: Sonus in nubibus,  
modo illud: quod assignatur pro ea in quaesito propter  
quod: nō sumi hanc partē, quae est loco definitionis materia-  
lis: siue dicētis quid: illud uero quod assignatur pro definitione  
in quaesito quod est: sumit illā partē: nā definiens rñder,  
est sonus extincti ignis in nubibus: ergo haec oratio nō vī  
eadē: immo differt re: cū in vna aliqd sumatur: quod non  
sumitur in altera: aggregat. n. scdā vtraque definitionē & di-  
centē quod siue materialē: & dicentē propter quod siue forma-  
lē: quas prima oratio nō cōprehendit: ut intelligenti pa-  
ret. Et dicendū (ut innuit Philop.) demonstratorē praeter-  
missit e materialē eam tonitruum, scilicet sonū: ut facturū  
ipsam conditionē: sumpsit autē formalē ut vtilē sibi ad de-  
monstrationē: & sic si recte intellexi: vult materialē esse  
subintelligendā, hoc pacto, propter quod tonat. Demonstrator  
rñder: quae extinguitur ignis in nubibus tonat. Modo  
tota haec: quia extinguitur ignis in nubibus, Tonat, est af-  
signata pro demonstratione: pro ea uero quaesito. Illa solū  
quia extinguitur ignis in nubibus. Praetermissit ergo: quia  
assignauit eam: ex qua sequitur illud quod praetermissit. De-

ber aut subintelligi: cū assignetur illa oratio pro demonstrati-  
one. Nā tunc in tali oratione habentur tres termini ma-  
ior: quae est passio: videlicet tonat. Minor subiectū: videli-  
cet nubes, & cā, videlicet extinguitur ignis in nubibus, &  
ita habetur tota demonstratio, Aristoteli uero partē illā: quia  
(ut dicit Philoponus) definitio habens in seipsa eam exi-  
stentiā rei: modo quodā ostendit re illam, quare oratio:  
quā pro ea assignauit: videtur quodāmodo tota demon-  
stratio. Sed dices dato quod debeat subintelligi in oratio-  
ne illa, quae assignatur pro demonstratione, materialis defi-  
nitio: quō differt positione ab eadē oratione quae assigna-  
tur pro definitione, Praeterea, Vtrū sit alia differentia:  
etiā dubitatur, Respondet Philop. ad primā, eas positio-  
ne differre: in quantum definiens quidē in secunda: quā pro  
definitione assignat, incipit a materiali eam cū dicit est sonus:  
& descendit in formalē eam, cum inquit extincti ignis.  
Demonstrans uero in prima: quā pro demonstratione assi-  
gnauit. Primo sumit formalē eam tanq; mediū terminum  
cū dicit: quia extinguitur ignis. Deinde sic cōcludit ma-  
terialē, cū subintelligit: Tonat: & sic differre pone siue or-  
dine terminorū. Vel aliter (ut Philoponus etiam innuit)  
differunt positione, quia in oratione, quae pro ea assignat  
demonstrans separauit formalē eam a materiali: quia ac-  
cepit expressē formalē, praetereū materialē: volēs illā  
esse subinferendā, definiens uero in oratione, quā pro de-  
finitione assignat: simul formalē & materialē quasi pro vno  
termino sumpsit. Ad secundā uero dicendū est: quod non  
solū oratio illa est alia ut assignatur pro ea: & ut assignatur  
pro definitione propter pone terminorū, sed propter diffe-  
rentiā modi: quo accipiuntur termini: nā ea oratio ut assi-  
gnatur pro definitione, termini sumuntur in abstracto. Vt  
vero assignatur pro ea & demonstratione, termini assi-  
gnantur in cōcreto. Quā differentiā Aristoteli non expressit:  
quae quasi per se patet. Sed dices nonne accidens, & in ab-  
stracto: & in concreto sumi potest: ergo utroque modo de-  
finiri. Propter hanc eam fortasse Aristoteli, tacuit hanc diffe-  
rentiā in tali oratione, cū utroque modo illa passio: quae  
tonitruum est, accipi & definiri possit: & solū accepit diffe-  
rentiā penes positionē. Siquis. n. dicere tonare est sonare  
ignis extincti in nubibus, non male diceret. Vel fortas-  
se dici potest, accidentia nō posse definiri proprie, nisi ut su-  
muntur in abstracto: quia definitio non est nisi substantiā,  
vel eius quod habet modū substantiā: modo accidens in  
cōcreto nec est substantia, nec se habens per modū substā-  
tiē. Propterea proprie in abstracto definitur, ut uero demon-  
stratur, accipitur in concreto, quia nō demonstratur: nisi,  
ut praedictū de subiecto: de quo proprie in concreto praed-  
dicatur. Animaduerte Aristoteli. Orationē: quā demonstrans  
assignat pro demonstratione: siue pro ea: appellare conti-  
nuam demonstrationē, quod cur sic appellat, non con-  
stat. Alexander eā orationē continuā dicit in quantum nō  
habet diuisas propositiones aut separatas a conclusionē:  
sed ut in vna quadā cōtensione enunciata. Quā expositio  
nē Thomas noster sequitur. Philoponus uero dicit eā  
orationē esse continuā demonstrationē: quia est in pri-  
ma figura: cū nec mediū supponatur extremis: nec extra-  
ponitur. Ego uero hū non aduersando, dicerē Aristoteli,  
totā illā orationē (quia extinguitur ignis in nubibus) To-  
nat, appellare continuā demonstrationē: quae appōnes sunt  
cōiunctae per notā eadem quae cuius oppositū est in demon-  
stratione explicita: nā in ea propōnes abiunctae sumuntur  
Suets. sup. Poste, m

Philopo

Com. 68.

Expositio Philopo.

Alia expō

M

Dub. 1.

Secunda.

Rñ. Phil.

Ad primā

Alia Rñ.

Ad secundā

G

Obiectio.

Solutio.

Alia sol.

H

Cur Arist.

est oratio

quae a de-

monstrante

pro demon-

stratione

assignat

cōiunctā de-

monstratio-

nem appel-

laui.

Alexā. &

Sā. Tho.

Philopo. Propria expō.

I per nullam notam coniectæ: nisi solo medio termino. P Præterea est tonitruum diffinitio sonus in nubibus, atq; hoc est demonstrationis ipsius quid est positio. Est igitur diffinitio una quidem oratio ipsius quid est conclusio. Eorum autem diffinitio quæ medijs uacant in demonstrabilis est ipsius quid est positio. P Amplius est terminus tonitruum sonus in nubibus, hoc autem est ipsius quid est demonstrationis conclusio. Immediatorum uero terminus positio est ipsius quid est indemonstrabilis.

Com. 71. P Locutus est de definitione nominali: & de definitione cæli dicente ppter qd:at nunc de alijs duabus definitionibus inq̄t. P Amplius, vltra has definitiones, quas dixit est alius tonitruum terminus dicens qd: q̄ eius materialis definitio dicitur: ut placet Philopono: q̄a datur p genus & p subiectū: in quibus ut in materia fit tonitruum: & est sonus in nubibus. Deinde innuēs differentia huius ad definitionem dicentē ppter quid, inq̄t. Hæc autem est ipsius qd est: hoc est dicentis qd. & cōclō demonstrationis. In demonstratione. n. concluditur sonare siue sonare nubes: quia patitur in ipsis ignis extinctionē. Deinde ponit aliā definitionem: quæ nec est demonstratio, nec cōclusio demonstrationis, sed positio in sciētia: quasi illius dignitas, ut in geometria ipsius punctus. Punctus est: cuius pars nō est, & in arithmetica vnitas est principii primū nūeri. Et inq̄t. Immediatorū uero terminus atq; definitio pō est ipsius qd est: qd est indemonstrabile. Dicitur autē hæc immediata pūctus in geometria: & vnitas in arithmetica: q̄a in talibus sunt primā nihil haberi prius in quo resoluūtur in talibus sciētij (ut diximus) definitiones ergo taliū dicuntur dignitates particularium scientiarū: quia supponuntur, ut positiones.

L P Est igitur diffinitio una qualem oratio ipsius quid est indemonstrabilis. Alia uero rōcinatio ipsius quid est a demonstratione differens casu, ut tertia demonstrationis ipsius quid est conclusio. P Est ergo terminus unus quidem ratio ipsius. quid est indemonstrabilis. Vnus uero syllogismus ipsius quid est casu differens a demonstratione. Tertius uero ipsius quid est demonstrationis cōclusio.

Com. 72. P His declaratis, Nunc colligit omnes definitiones rei. Dico rei: quia nominalē non enumerat fortasse suppositio: nes illam enumerat: & inquit: P Est ergo terminus vnus quidem ratio eius quid est expōsitua: quod demonstrari nequit: quam positionem appellauit in sciētij. Vnus uero terminus & secundus est definitio propter quid syllogismus ipsius quid est casu differens a demonstratione: casu quidem, quia penes concretum & abstractum (ut dictū est) & nō modo casu: sed positioe, ut dictū est. Tertius uero terminus est ipsius quid est: & materialis definitio demonstrationis conclusio. P Sed videntur quinque definitiones (ut Themistius innuit) Prima nominalis. Secunda dicens quid & materialis tantum. Tertia causalis tantum. Et dicens propter quid. Quarta vtrāq; complectens, scilicet & quid & propter quid. Quinta deniq; positio in sciētij. P Et dicendum sine dubio esse quinque si enumerentur distincte. Sed quia causalem & quid complectentem Arist. simul enumerauit. Ideo quatuor esse videntur, vna scilicet compræhendente duas.

M Dubitatio. P Patet igitur ex hisce quæ diximus, quo pacto est, quo pacto nō est ipsius quid est demonstratio. Et quorum est & quorum non est, quotq; modis præterea dicitur diffinitio, quoq; pacto ipsum quid est ostenditur. Et quo pacto etiam non ostenditur. Atq; quorum est & quorum non est. Insuper quomodo sese habet ad demonstrationem, quo nāq; modo fieri potest, & quomodo fieri nequit, ut eiusdem sit diffinitio demonstratione.

P Manifestum igitur ex dictis est & qualiter est ipsius quid est demonstratio, & quomodo non est. Et quorum est, et quorum nō est, Amplius autem definitio & quot modis dicitur, & qualiter quid est demonstrat, & quomodo non demonstrat. Et quorū est, & quorum non est. P Adhuc autem & ad demonstrationem quomodo se habet & quomodo contingit eiusdem esse, & quomodo non contingit eiusdem esse, & quomodo non contingit.

P Epilogat omnia: quæ dixit, & inquit. P Manifestum est igitur ex dictis, & qualiter est ipsius quid est demonstratio: quia simul scilicet inuestigatur cum demonstratione, & quomodo non est: quia ut conclusio & prædicatum non demonstratur. Præterea ex dictis etiam patet & quorum: id est quarum definitionum proprium est inuestigari cum demonstratione: quia illarum rerum definitionū proprium est inuestigari cum demonstratione: quæ alijs inexistunt: ut definitionum edypsis: Tonitruum & taliū. Et quarum definitionum non est proprium cum demonstratione inuestigari, quia definitionum immediatorum. Amplius ex dictis patet quot modis definitio dicitur: quia duplex nominalis, & rei declaratiua: quæ vltorius quot modis subdivisa sit: etiā patet. Insuper ex dictis patet. quomodo quid est atq; definitio demonstratio: hoc est quomodo definitio est utilis ad demonstrationem: nam formalis definitio dicens propter quid est utilis: ut medius terminus: & quomodo non est utilis: quia formalis definitio non est utilis, ut fiat conclusio demonstrationis. Rursus ex dictis patet quorum est definitio, quia incomplexorum, & quorum non est: quia non est complexorū. Adhuc patet ex dictis q̄to definitio se habet ad demonstrationem: nā dictum est: q̄ est demonstratio positione differens. Demum patet ex dictis q̄to contingit eiusdem esse definitionem, & demonstrationem: quia secundū aliā atq; aliā rationem: nā alicuius est definitio inquantū definibilis: & eiusdem est demonstratio, inquantū demonstrabilis: & q̄to non contingit, quia eiusdem eodem respectu nō est definitio & demonstratio. P Sed circa hæc dubitaret quispiam: quia Philop. dicit duas definitiones dicentē quid: & materiale: & dicentem propter quid: & formale: definitio data per agens & per finē quæ definitiones sunt, Vtrū formales an materiales. P Robertus Linconiensis cognomento Grossatesta tradit definitionem: omnē esse aut formale, aut materiale: & dicit eam, quæ dicit finale cām: esse formale: quia finis operatio est ab ipsa forma agrediens. Eā uero, quæ dicit agentē cām, asserit esse materiale: quia agens potius in materiā reducitur q̄ vtrāq; causā vnde motus principii est. P Sed hoc non placet: quia licet forma finis & efficiens (ut secūdo libro physicorū dicitur) multoties concidant in idē: nūq̄ tamē agens venit in speciem materiæ. P Alij uero dixerūt agentē causam: & finem reduci in formam: & ita definitiones illæ formales dici possunt. P Sed eadem ratione definitio dicens materiam dicitur formalis: quia materia reducitur ad agentem causam (ut secūdo physicorū dicitur). P Ego uero in verbis Arist. non legi quæ sit formalis definitio, & quæ sit materialis. Sed dicit aliquā esse dicentem quid. Aliquam uero causalem dicentem propter quid. Propterea saluo meliori iudicio: dicere omnem definitionem dicentem causam quamuis esse formalem, modo sit quietans, & faciens propositiones immediatas. Vnde siue detur per materiam: siue per formam, siue per quamuis causam: siue simul: siue seorsum modo faciat propositiones demonstrationis immediatas,

N A diatas, formalis dicitur definitio. Vnde causalis definitio & formalis, & dices ppter quid idē est. Cur uero omnis talis: quæ dicit cām: dicat formalis. Arbitror esse q̄a forma dicitur oē declaras: & alio notius. Definitio uero dices quid (ut genus & subiectū) verbi cā sonus in nubibus: dicitur materialis: quia omne declaratum & ignotū potest materia dici respectu declarantis & respectu notioris. Præterea genus & subiectū alicuius passionis semper sunt materice: in quibus passio illa fit. Fateor tamen Arist. in hac definitionum numero nec materialis definitionis, nec formalis meminisse. Melius autem res hæc patebit per ea: quæ Arist. dicit postea.

O B P Cum autem tum arbitremur scire cum cognoscimus causam. quatuor uero cause sunt. una quidē quidditas alia autē quæ cū sit hoc esse necesse est, & tertia quæ primū mouit, & quarta gratia cuius cætera fiūt oēs hæc per demonstrationis mediū ostenduntur. P Quoniam autem scire opinamur, cum scimus causam, Cause autem quatuor sunt. Vna quidem quod quid erat esse. Vna uero cū hæc sint, necesse est hoc esse. Alia autē, quæ aliquid primo mouit. Quarta uero, cuius gratia, oēs hæc per mediū ostenduntur.

Com. 74 P At nūc: q̄ mediū demonstrationis sit cā, vult declarare, quo fit (ut recte illud Themistij dictū sit) mediū cām, & definitionem idē esse. Accipit itaq; primo omnes causas p mediū ostendi: & intelligit nō q̄ illæ per mediū ostenduntur: ut prædicata vel conclusiones. Sed q̄ vnaquaq; ipsa rū ostendatur per mediū (ut Philop. inquit.) Quia locum medij cōplet. Vel ostenditur per mediū. Ut cōintellectæ in demonstratione, nō ut intellectæ per demonstrationem. Vnaqueq; enim causa ostenditur per mediū quia nobis innotescit eius rō in demonstratione per rationem medij inquit. P Quā autē scire opinamur cū scimus cām rei existētiæ. Et cause ipsæ quatuor sunt. Forma: quæ dicitur quod quid erat esse. Materia, quæ est de numero illarum causarum: quæ cum sint necesse est hoc esse: & loquitur in plurali: ppter effectus artificiales: qui nō materia cōstant, sed pluribus. Vel loquitur respectu proximarū materiæ, ex quibus constat effectus naturales, nā licet in prima materia vna omniū sit: eiusdem effectus plures sunt materiæ proxime. Modo materia cōmuni posita non necessario effectus est: sed proximis materijs acceptis: & dixit signanter quæ cū sint necesse est hoc esse: quia res rōne materiæ est necessaria necessitate simpliciter: necessitas cæterarū causarū est ex conditione (ut secūdo physicorū dicitur) Tertia causa efficiens est, quæ est aliquid mouens, vel quæ aliquid primo mouet: & dixit primo: fortasse ad differentiationem instrumentaliū causarū. Vel dixit primo (ut Philop. innuit) ppter causas agentes secundarias. Quarta est finalis cā, quæ est cuius gratia cætera fiunt. Ideo concludit omnes has per medium demonstrationis ostendit: quia sub ratione medij in demonstratione indicantur: propter quod verbum per: sonat potius similitudinem, & accipitur pro ipso ut: quasi sit sensus omnes has nobis patere in demonstratione ut medium.


P C P Nam id quod cum sit necesse est hoc esse, non est una propositione sumpta, sed saltem duabus. Hoc autem est cū unum medium habent. Hoc igitur uno sumpto necesse est conclusionem esse. P Etenim id, quo existente, hoc necesse est esse. Vna quidem propositione accepta non est, duabus autem ad minimum. Hoc autē est, cum unum medium habeant. Hoc igitur uno accepto, conclusionem necesse est esse.

Q D P Exemplificat de his, quæ dixerat, & ostendit per exemplum, quomodo per vnumquodq; genus cause contingit demonstrationem fieri: & primo in genere cause materialis ponit exemplum, & quidem in mathematicis: supponit. n. angulum qui est in concauo semicirculi, esse dimidium duorum rectorum: quod ex tertio libro Euclidis Suefs, sup Poste. m ij

P Quia Arist. in proximo textu de materiali causa ita dixit. Vna uero, quæ cum sint necesse est hoc esse. Ideo nunc exponit quomodo hæc verba intelligenda sunt. Potest enim intelligi ex materia aliquid sequi. Vel vna propositione assumpta: vel duabus: ideo inquit. P Etenim id: quo existente: necesse est hoc esse, vna quidem propositione accepta: non est, quia ex vna propositione syllogistice nihil sequitur: sed necesse est hoc, acceptis duabus propositionibus ad minus. Hoc autem est, hoc est dico autem in duabus propositionibus cum propositiones habeant vnum medium: in quo communicant: nā hoc vno medio sic in duabus propositionibus assumpto necesse est conclusionem esse: sed si in vna propositione assumeretur, non esset conclusio necessario sequens. Similiter si duæ propositiones assumerentur non in vno medio comunicantes: nihil sequitur. Et (ut recte expositor inquit). Hæc expositio in omnibus causis intelligitur: non enim ex causa in vna propositione assumpta necessario conclusio sequitur sed cum causa assumitur in duabus propositionibus.

P Patet autem & hoc pacto. Cur rectus his angulus est. qui in semicirculo designatur, quid cum sit rectus est ille. Sit itaq; rectorus, a. Dimidium duorum rectorum, b. angulus deniq; qui est in semicirculo designatus, c. Ut igitur, a. id est rectus competat ipsi c. id est angulo qui est in semicirculo designatus. causa est ipsum b. Nam duorum rectorum dimidium æquale est ipsi, a. ipsum autem, c. æquale est ipsi, b. Angulus enim in semicirculo designatus duorum rectorum dimidium est. Cum igitur, b. duorum rectorum dimidium sit, a. competit ipsi, c. quod quidem est rectum cum angulum esse qui est in semicirculo designatus.

P Manifestum autem & sic, propter quid rectus est, qui in semicirculo est, quo existente rectus est. Sit igitur rectus in quo, a. mediū duorum rectorum, in quo, b. qui est in semicirculo, in quo, c. Eius igitur, quod est, a. rectum inesse, c. quæ est in semicirculo. Causa est, b. Hic quidem enim ipsi, a. æqualis est, c. autem ipsi, b. duorum enim rectorum medium est, b. igitur existente medio duorum rectorum, a. inest ipsi, c. hoc autem in semicirculo rectum esse.



P Exemplificat de his, quæ dixerat, & ostendit per exemplum, quomodo per vnumquodq; genus cause contingit demonstrationem fieri: & primo in genere cause materialis ponit exemplum, & quidem in mathematicis: supponit. n. angulum qui est in concauo semicirculi, esse dimidium duorum rectorum: quod ex tertio libro Euclidis Suefs, sup Poste. m ij

E Com. 75. F Ss. Tho.

G


H

Com. 76.

**I** demonstrari potest: & nunc supponatur: non enim explorum quærimus veritatem. Supponit secundo dimidium duorum rectorum esse rectum: quod illico patet, si cut dimidium duorum palmorum est palmus: & duorum digitorum digitus. Tunc disponit terminos, & inquit, Manifestum est autem & sic, scilicet per exempla, quod diximus: dixit enim per vnumquodque genus causæ fieri posse demonstrationem. Ideo ostendit per exempla. Et primo in genere causæ materialis in mathematicis, & inquit, Propter quid rectus est is angulus: qui in semicirculo est. Vel suppletur: quid est illud: quo existente rectus est is angulus: qui in semicirculo est. Respondet per causam materiale: & disponit terminos, & inquit, Sit igitur rectus in quo, a. hoc enim queritur (vt maior extremitas de angulo) qui est in semicirculo. Mediorum duorum rectorum sit in quo, b. Angulus vero q est in semicirculo sit in quo c. Terminis sic dispositis. Eius igitur quod est a rectum in se ipsi, c. qui est in semicirculo angulus: causa est, b. cuius rationem afferet: & inquit, Hic quidem enim ipsi, a. æqualis est: conuertitur enim, b. cum ipso, a. nam omne dimidium duorum rectorum est rectum: & omne rectum est dimidium duorum rectorum, c. autem ipsi, b. æqualis est: conuertuntur enim similiter, est enim, c. duorum rectorum dimidium: & e contra. Terminis sic dispositis: inquit, b. igitur existente medio duorum rectorum, a. inest ipsi, c. hoc autem erat maior quæsit, i. angulum in semicirculo rectum esse. Quare demonstratio patet: omne enim dimidium duorum rectorum est rectum. Et qui est in semicirculo angulus: est dimidium duorum rectorum, ergo est rectus. **P** Sed dices quomodo hæc demonstratio est per materiã. **P** Patet solutio: quia dimidium duorum rectorum est materia anguli recti, constat enim rectus ex duobus angulis rectis: ergo dimidium duorum rectorum est pars recti: qd demonstratur de angulo, qd est in semicirculo: & cū pars sit totius materia, iure hæc demonstratio erit per materiã. **P** Quidditas autem est idem quod hoc, & eo sane quia hoc significat ipsa ratio. At vero quidditatem etiã causam esse mediam ante demonstrauimus. **P** Hoc autem idem est ipsi quod quid erat esse, quod est significare ipsam rationem. At vero & ipsius quod est, quod quid erat esse, causa demonstratur media.

stratione vt causa media. **P** Vel aliter exponi potest, quia dictum est in tertio metaphysice, demonstrationes mathematicas non fieri per materiã, sed solum per formalem causam. Respondet Talem causam materiale concidere cum causa formali: quæ est quod quid erat esse. Secus in physicis: Vbi causa materialis nunquam concidit cum formali, causa vero quare in mathematicis causa materialis concidit cum formali est: quia non demonstrat mathematicus per causam formalem, quæ est altera pars compositi & perficiens materiã: vt facit physicus. Sed per causam formalem: quæ declarat rem: modo materialis causa cum de claret rem: etiã formalis dici potest: & hoc inquit, **P** Hoc autem scilicet medium quod diximus esse causam materiale recti: idem est ipsi quod quid erat esse id est forme significanti ratione, id est declaranti re, & non perficienti materiã, modo & ipsius quod est quod quid erat esse: id est forma declarans rem demonstratur, id est accipitur in demonstratione: vt causa media: & hæc expositio mihi placet. **P** Potest & tertio exponi, Vt expositio inquit, Et nõ ab ratione. Vt legenti quæ ille dicit: patet.


**P** Idem fit cum queritur propter quid aduersus athenienses perficium bellum exarsit, quæ causa fuit, ut athenienses bello uexentur, quia contra sardes ipsi cum ereetriensibus irruerunt. Hoc, n. primum mouit. sit itaq; bellum, a. priores irruisse, b. athenienses, c. b. igitur, priores inquam irruisse ipsi, c. id est athenienses inest a, quoq; b, ipsi competit. **P** Medij naq; lacepsit bellum aduersus eos agunt qui priores iniuriam intulerunt, a. igitur id est bellum, uexariq; bello, b. ipsi inest, id est hisce qui priores bellum gessere, b. uero ipsi, c. id est athenienses inest. Hi naq; tractare bellum cedere medosq; lacepsuere. **P** Medium igitur & hoc in loco causa est, atq; ea quæ primum mouit. **P** Idem autem, propter quid Medorum bellum factum sit Atheniẽsibus, quæ causa fuit præliari Athenienses, quoniam in Sardes cū Eretriensibus commiserunt. Hoc enim mouet primum. Sit bellum in quo, a. prius commississe, b. Atheniẽsibus, c. inest igitur, b. ipsi, c. prius enim commississe Atheniẽsibus, a. autem ipsi, b. Debellari enim prius inest iniustis, inest itaq; ipsi, b. a. Debellari prius inincipientibus ipsum uero, b. ipsi, siue Atheniẽsibus. Priores enim in ceperunt **P** Medium itaq; hic causa est primum mouens.



**P** Hoc exemplum est de demonstratione, cuius medium est causa effectrix: siue primum mouens. Sit igitur hæc conclusio, Athenienses vexantur bello. Medium vero, quod est mouens causa: est: quia ipsi prius cum Eretriensibus in Sardes irruerunt. **P** Quo uero ad verba attinet. Medi sunt populi Asiae Vicini uero Parthis: Assyrijs, Persis, & Mari Hyrcano: qui olim Regi Persarum tributa impendebant. Athenienses qui sint, clarum est. Eretrienses uero Euboia: insulae populi sunt. Sardes uero ciuitas in Lidia: et olim regia Cressi. Exemplum autem significat Sardes: & Medos


**A** Medos confederatos fuisse ex vna. Athenienses uero cū Eretriensibus ex alia inquit. **P** Idẽ autẽ suppletur: quæritur: propter quid Medorum bellum factum sit Atheniẽsibus, hoc est propter quid prius bellum aduersus Athenienses exarsit & exponit propter quid & causam idem esse: cum inquit, Quæ causa fuit præliari Athenienses id est quæ causa fuit: vt Athenienses vexarentur bello. Causam autem assignas: inquit, Quoniam in Sardes cum Eretriensibus commiserunt id est prius irruerunt. Et ait hoc causam esse: quia mouit primum Medos: vt bello Athenienses vexarent. Prius ergo irruisse fuit causa mouens. His declaratis, constituit terminos: & inquit, Sit bellum in quo, a. prius commississe in quo, b. Atheniẽsibus sit, c. Tunc patet ipsum, b. ipsi, c. inest: hoc est prius commississe inest Atheniẽsibus Athenienses enim cum Eretriensibus prius in Sardes irruerunt. Ipsum autem, a. ipsi, b. inest. Vexari enim bello inest prius iniustis, i. committentibus iniuriam: qui iniuste agunt. Quare ipsi, b. quidem ipsum a, inest. Hoc est debellari inest prius incipientibus: vel prius committentibus iniuriam. Ipsum autem, b. ipsi, c. sine Atheniẽsibus, nam Athenienses priores inceperunt: ex hoc exemplo concludit medium esse causam: primo mouentem.

Sanũ esse Nõ eminerẽ cibos, Ambulare in ore stomachi, post cenam.



Quæ igitur causa est, ut ipsi, c. inest, a. quod est ipsum cuius gratia est, b. Hæc autem (ut illius ratio est) a, enim sic demonstrabitur, propter quid autem, b. ipsi, c. inest, quoniam hoc est sanari, qd est sic se habere. Oportet autem, commutare rationes & sic singula magis apparebunt.

Nõ supnata re cibos, Sanũ esse, Ambulare post cenam.



**P** Ea uero quorum causa est id quod alicuius est gratia, eundem subeunt modum, eum propter quid deambulat, ut ualeat. Cur domus est, ut conseruetur supplex. Nempe ualitudinis deambulatione, suppellectilis conseruande domus est gratia. Atq; inter hæc propter quid post cenam ambulare oportet, & cuius oportet gratia, nihil interesse uidetur. Sit itaq; deambulatione post cenam, c. non notare cibum cum occupet locum in quo est, b. ualere sit, a. Competit igitur deambulatione post cenam id efficere, cibum inquam sumptum in ore uentris non supernatare, atq; id ipsum sanitatem conseruet. Sic enim uidetur, b. igitur cibum inquam haud natate, c. ipsi inest, id est deambulatione post cenam. At, a, ualitudinem inquam conseruare, b. ipsi competit. Quæ igitur est causa, ut, a. gratia cuius cetera sunt ipsi competit, c. nempe, b. ipsum est, non supernatare inquam cibum. Atq; hoc est tanquam ipsius ratio, nam, a. hoc assignabitur pacto. Cur autem, b. competit ipsi, c. Quia sanum est id nimirum est sic inquam sese habere, Verum mutantur ratiocinationes oportet, magis enim hoc pacto singula elucescent.

**P** Nunc de finali causa exempla ponit: & inquit, Quorumcunq; uero causa est ipsum cuius gratia: id est finis, idem est iudicium. Vt propter quid ambulat Socrates. Respondebitur, vt Sanus fiat. Vnde demonstratio sic commutatur. Omne quod sanum fieri uult, ambulat. Socrates sanus fieri uult. Ergo Socrates ambulat: demonstratio est per medium: quod causa finalis. Aliud exemplum ponit & inquit, Propter quid domus facta est, vt seruentur Vasa. Ergo demonstratio erit. Seruans uasa factum. Domus seruans uasa: Domus ergo facta. Hæc ergo demonstratio est, cuius medium causa finalis est. Et hoc inquit, Hoc quidem igitur huius gratia, quod est sanari: vt ambulare Socratem. Illud uero gratia huius est: quod est seruari uasa: vt uasa seruari finalis causa est domus facta. Vt uero ponere aliud exemplum, Et ideo ne sit de uerbis contentio, nomina exponit: & inquit, Propter quid autem oportet post cenam ambulare, & cuius gratia oportet: differt nihil. Et ita pro eodem habendum est propter quid, & eius gratia. Terminis expositis, ponit exemplum, & inquit, Ambulare autem post cenam sit, c. non eminere cibos: sit in quo, b. Sanari sit in quo, a. Terminis dispositis: docet demonstrare: & inquit, Sit igitur ipsi post cenam ambulare inexistens ipsum non eminere cibos iuxta os uentris: ita (vt propositio minor sit) ambulare post cenam est cibos non eminere: & hoc scilicet, b. sit esse sanum: & ita maior erit: non eminere cibos est sanum esse. Nam terminis & propositionibus ita constitutis: uidetur ipsi ambulare: quod erat, c. inest, b. quod erat nõ eminere cibos, huic autem scilicet ipsi, b. inerat, a. quod est sanum esse. Erit ergo demonstratio: ergo omne, c. est, a. quoniam omne ne ambulare post cenam est sanum esse. Colligit deinde qualis nam hæc demonstratio sit: & inquit, Quæ igitur causa est, vt ipsi, c. inest, a. ipsum: quod est cuius gratia, Suedis, sup Postc.

**P** Quorumcunq; uero causa est ipsum cuius gratia, Vt propter quid ambulat, Vt sanus fiat. Propter quid domus est. Vt seruentur uasa. Hoc quidem gratia huius, quod est sanari. Illud uero gratia huius, quod est seruari est propter quid autem oportet post cenam ambulare. Et cuius gratia oportet, Differt nihil. Ambulare autem post cenam sit, c. Non eminere cibos in quo, b. Sanari in quo, a. Sit igitur ipsi post cenam ambulare inexistens ipsum non eminere cibos iuxta os uentris. Et hoc esse sanum, Videtur enim ipsi ambulare, quod erat, c. inest, b. quod erat non eminere cibos. Huic autem, a, quod erat sanum esse.

Facta Seruans uasa Domus



**H** Suedis, sup Postc. m iij

L Solutio Dubitatio

Com. 77.

M

N Alia expō

Tex. 65,

O

Lectio xi. fe. iij huius.

P

Præliari ut vexantur bello Comitibus Irruentibus Comitibus Irurisse.

Q

Com. 77.

Verborū expositio



**I** Respondet causam esse, quia est. b. quare cibos non emine-  
 nere causa est ipsius. a. id est ipsius sanum esse, hoc autem  
 scilicet. b. ipsius praedicati videlicet. a. quod erat sanum esse  
 non est definitio. Sed ut illius ratio, & ita quasi definitio.  
 Et ita patet. b. esse, causam ipsius. a. non simpliciter: sed  
 quasi rationem esse illius. Propter quid autem. b. ipsi. c. in  
 est, quoniam est ipsum sanari, quod sic se habere est. Et ita  
 a. & b. sunt inuicem causae, nam. b. est causa ipsius. a. ut ef-  
 ficens. a. vero ipsius. b. ut finis. ¶ Sed dices: si ita est: exem-  
 plum non responderet proposito: proposuit enim dare  
 exemplum in demonstratione: cuius medium est finis: &  
 dedit demonstrationem: cuius medium est effectrix cau-  
 sa. ¶ Respondet, & inquit. Oportet autem commutare ra-  
 tiones: scilicet ut conuertatur maior: nam maiore conuer-  
 sa in terminis: sic singula magis apparebunt ad proposi-  
 tum, erit enim demonstratio: cuius medium erit causa fi-  
 nalis. Sic locum istum intellexit Philoponus: secundum  
 alteram eius expositionem. ¶ Aliter etiam exponi potest:  
 & fortasse melius: & magis ad verba. Dicemus. n. Aristo-  
 telem primo dare exempla in causa finali: cum inquit.  
 ¶ Quorum vero causa est ipsius cuius gratia: idem est iu-  
 dicium in demonstrando: nam medium etiam est propter  
 quid: ut de alijs causis dictum est. Et ponit duo exempla  
 in causa finali: cum inquit. Ut propter quid ambulat sup-  
 ple Socrates siue Plato, ut sanus fiat: sit ambulans. a. sanū  
 esse. b. Socrates. c. & patet demonstrationem esse per me-  
 dium: quod est causa finalis. Secundum exemplum ponit  
 (cum inquit). Propter quid domus est facta: ut seruen-  
 tur vasa, factum sit. a. Seruari vasa. b. domus. c. Tunc veri-  
 ficat exempla, & inquit. Hoc quidem scilicet Socratem am-  
 bulare est gratia huius: quod est sanari. Et ita prima de-  
 monstratio est per causam finalem. Illud vero scilicet do-  
 mum esse factum gratia huius est: quod est vasa seruari.  
 Et ita demonstratio secunda etiam est per causam finalem.  
 ¶ Sed dices medium in demonstrationibus talibus est cu-  
 ius gratia: ergo nulla harum demonstrationum est pro-  
 pter quid. ¶ Respondet, propter quid autem oportet So-  
 cratem post cenam ambulare, & cuius gratia oportet: dif-  
 fert nihil. Ergo prima demonstratio est propter quid. Si-  
 militer propter quid domus facta est, & cuius gratia fa-  
 cta est, differet nihil. Et ita secunda demonstratio (licet me-  
 dium sit cuius gratia) erit propter quid. Haec sunt exem-  
 pla causae finalis. ¶ Quaesit vterius, vtrum vna causa pos-  
 sit per aliam demonstrari: & si sic. Vtrum causa demon-  
 strans, sit definitio causae demonstratae. ¶ Respondet cau-  
 sam finalem posse demonstrari de aliquo: per efficientem  
 & hoc per exemplum & inquit. Ambulare autem post  
 cenam sit. c. non eminare cibos in quo. b. sanari sit in quo.  
 a. Terminis sic constitutis: sit ipsi post cenam ambulare. f.  
 ipsi. c. inexistens ipsum, non eminare cibos iuxta os stoma-  
 chi, hoc est ipsum. b. ita ut minor sit haec, ambulare post ce-  
 nam est non eminare cibos iuxta os ventris: & hoc: scilicet.  
 b. sit esse sanum: ita ut maior sit, non eminare cibos  
 est sanum esse, & sequitur conclusio. Ergo ambulare post  
 cenam est sanum esse. Nam (ut inquit) videtur ipsi am-  
 bulare, quod erat. c. inesse. b. quod erat non eminare cibos.  
 Huic autem scilicet. b. a. videtur inesse: quod erat sanū esse  
 ergo conclusio erit ambulare post cibum est sanum esse.  
 Ex his concludit finalem causam de aliquo demonstrari  
 posse per efficientem: & inquit. Quae igitur causa est: ut ip-  
 si. c. insit. a. quod. a. est ipsum cuius gratia: id est quae causa

est: ut finis demonstratur de aliquo: scilicet. a. finis de ipso  
 c. Respondet causa est ipsum. b. quod est causa effectrix.  
 Ergo altera causa per alteram de aliquo demonstrari po-  
 test. Quae rebatur secundo: Vtrum causa demonstrans pos-  
 sit esse definitio causae demonstratae: & respondet. Hos au-  
 tem. f. causa demonstrans ut ratio est illius. i. causae demō-  
 stratae. Nam (ut Philoponus inquit) non eminare cibos  
 non est simpliciter definitio sanitatis, sed ut ratio. Non. n.  
 vna causa est ratio atque definitio alterius propriae. Et pro-  
 pterea dicit. a. quod est ut ratio, demonstrabitur: contra-  
 vero (ut propter quid. b. ipsi. c. inest propter quid simpli-  
 citer demonstrabitur) quoniam hoc est sanari, quod est  
 sic se habere (ut. f. cibi non narent) & ita medium quod  
 est causa effectrix, quo demonstratur finalis causa non est  
 definitio simpliciter sanitatis: neque propter quid simpli-  
 ter, contra vero causa finalis huius est simpli- propter quid causae ef-  
 fectrix. ¶ Debes scire (ut Philoponus inquit) aliquando  
 nomina esse rationibus manifestiora. Aliquando rationes  
 manifestiores nominibus. Ideo Aristoteles inquit. Opor-  
 tet autem commutare rationes manifestas ad nomina, &  
 aliquando contra, & sic singula id est vterque propositio-  
 nes syllogismi magis apparebunt. Vel melius iuxta hanc  
 expositionem: quia vsus est infinitis pro rationibus. Di-  
 xit enim non eminare cibos esse sanari: & ambulare post  
 cenam esse non eminare cibos, quae res est aliquatenus co-  
 tra vsus, inquit. Oportet autem commutare rationes quae  
 sumptae sunt per verba infinita: ad nomina: quia vbi di-  
 cebatur ambulare dicere possumus: Ambulans: & vbi di-  
 cebatur non eminare cibos: potest dici prohibens cibos,  
 & vbi sanari dicebatur: dicatur sanum: & ita singulae pro-  
 positiones magis apparebunt. Haec est expositio quae mi-  
 hi magis placet.  
 ¶ Ordo autem generationis ac ortus uerso modo sese habet in his  
 & in mouentibus causis. In illis enim primo medium fiat oportet,  
 in his autem, c. ipsum extremum primo, deinde id ultimum gratia  
 cuius cetera fiunt.  
 ¶ Generationes autem e contrario hic, & in causis secundum mo-  
 tum. ibi quidem enim medium oportet fieri primum. Hic autem ip-  
 sum, c. extremum. Vltimum uero ipsum, cuius gratia est.  
 ¶ Declarauit per quodlibet genus causae fieri posse demō-  
 strationem. Nunc vero de medijs, quibus demonstratio-  
 ne fiunt: ut Themistio placet. Talem differentiam ponit:  
 quod tritari medium in demonstratione constituitur. Aut ut  
 prius ordine ipso effectui: qui demonstratur aut ut poste-  
 rius ordine: aut ut simul: Prius ordine effectui demonstra-  
 to est medium quod est causa effectrix: posterius vero or-  
 dine: est medium, quod est causa finalis. Simul denique est  
 definitio: hoc est quid est: & quod rei esse est. Et huius rei  
 causa est: quia rerum generationes aliter fiunt ab ipsa mo-  
 uente causa, aliter a finali causa, aliter a formalit: & hoc  
 inquit. ¶ Generationes autem e contrario hic, & in causis  
 secundum motum fiunt. Ergo supple & media: quae sunt  
 causae illo effectuum aliter se habent in demonstrationibus,  
 nam ibi hoc est in demonstrationibus effectuum cau-  
 sarum efficientium medium oportet ordine primum fie-  
 ri, cum effectrix causa ordine effectui prior sit. Hic vero  
 scilicet in demonstrationibus effectuum causae finalis. c.  
 id est medium est vltimum ordine, atque effectui posterius.  
 Et per. c. intellexit medium proximae demonstrationis.  
 Propterea subdit. Vltimum autem supple intelligo illud,  
 quod

**N** A  
**B**  
**C**  
**D**  
**Q**

exp Ph.  
Notand.  
Ex. 12.  
Com. 8. v. 1.  
Expositi. 1. St. 1. Situati.

quod est cuius gratia. i. finis, quod in proxima demon-  
 stratione. a. appellatur. Tacuit autem tertium medium,  
 quod simul est cum effectu demonstratio: propter breui-  
 tatem: & quia intelligitur ex his duobus: accepit. ¶ Vel in-  
 rellige sic: Generationis aliter fiunt in causis, quae agunt per  
 motum: & aliter in causis finalibus, nam in causis: quae  
 agunt per motum: oportet medium fieri primum & ante  
 effectum: hic autem scilicet in causis finalibus ipsum. c. vlti-  
 mum hoc est effectus: supple oportet fieri primum: & an-  
 te causam: vltimum autem sup. dico cuius gratia. ¶ Philo-  
 ponus vero scdm secundam expōnem per generationes  
 intelligit consequentias syllogisticas: & tūc est sensus. Ge-  
 nerationes autem syllogisticae contrario hic, scilicet in cau-  
 sis finalibus: & in causis secundum motum. i. effectiuis fiunt  
 In consequentijs enim syllogisticis, quae per causam mo-  
 uentem fiunt: causa praecedit effectum tempore. In conse-  
 quentijs vero syllogisticis, quae per causam finalem fiunt:  
 effectus praecedit causam, inquit. ¶ Generationes autem:  
 scilicet syllogisticae e contrario hic: scilicet in finalibus cau-  
 sis: & in causis secundum motum fiunt. Ibi quidem enim  
 scilicet in causis effectiuis medium oportet fieri primum.  
 Hic autem scilicet in causis finalibus ipsum. c. extremum,  
 quod est effectus: oportet fieri primum. Sed vltimum:  
 quod vltimo loco fit: est ipsum. Cuius gratia: hoc enim  
 est: quod vltimo fit.  
 ¶ Fieri autem potest. ut idem gratia sit alicuius, & ex necessitate,  
 velut propter quid per laternam penetrat lumen. Et enim id  
 quod minores habet partes, subtiliore sua, necessario per meatus  
 maiores penetrat, ampliore sua. Siquidem lumen fit, quia transit.  
 & cuiusnam gratia, ut non deuemus, pedesque etiam offendamus,  
 At ut est in hisce quae sunt, sicne etiam est in hisce quae fiunt, ut  
 si cum ignis extinguatur tonitat, necesse est strepitus sonusque fiat.  
 Et ut pythagorici dicunt, terroris gratia quo pertineant hi qui in  
 tartaro degunt.  
 ¶ Contingit autem idem, cuius gratia esse, & ex necessitate. Ut  
 propter quid penetrat laternam lumen. Etenim ex necessitate dis-  
 greditur, quod in parua est partibilis, per maiores poros, si qui  
 dem lumen sit disgredeudo. Et gratia cuius, ut non offendamus.  
 Nonne igitur si esse contingit, et fieri contingit: sicut si tonat ex-  
 tincto igne necesse est septire, & sonare. (Et quemadmodum  
 Pythagorici dicunt) Minarum causa his, qui in Tartaro sunt,  
 ut timeant.  
 ¶ Cum declarauit Aristoteles demonstrationem fieri pos-  
 se per vnum quodque genus causae. Nunc Aristoteles declarat  
 vnum & eundem effectum posse per plures causas decla-  
 rari atque demonstrari. Et hoc proponit: cum inquit. ¶ Cō-  
 tingit autem idem: hoc est eandem rem esse: cuius gratia  
 i. esse per causam finalem: & ex necessitate: id est per mate-  
 rialem causam. Et hoc pacto exponit Philoponus. Et po-  
 nit exemplum, & inquit. Ut propter quid penetrat later-  
 nam lumen. Ad hoc responderi potest per materialem cau-  
 sam: & per finalem. Et respondet per materialem, & in-  
 quit. Etenim ex necessitate disgredeitur: quod in parua est  
 partibilis, per maiores poros. Hoc est qui tenuissimum  
 lumen per minus tenues, & latiores poros vitri: videlicet  
 aut laternae siue pellis aut alicuius talium pertransit. Haec  
 enim demonstratio ex dispositione luminis: & ex dispo-  
 sitione laternae procedit: & ita ex necessitate materiae. Ad-  
 dit siquidem lumen sit disgredeudo: quia secundum veri-  
 tatem lumen non est corpus: & ita non per poros pellis

penetrat. Propterea dicit. Siquidem lumen fit disgredeudo: quia reuera non fit disgredeudo: Lumen intra laternam con-  
 tecto non penetrado illuminat: sed recipit in diaphano vi-  
 tro vel pelle seipm p totū Aererū Hemisphaerū multi-  
 plicado. ¶ Rursus rñderi potest: & p cam finalē, vt nō offen-  
 damus, hoc est ne deambulantes noctu his, quae ante pedē fa-  
 cēt: offendamus. Deinde ponit aliud exēplū (vt inq̃ Philo-  
 pon.) vt reducat quō vna & eadē res fieri potest: & p finalē  
 cam: & per materialē. Cū. n. quaeritur ppter qud Sonat,  
 ex cā materialī rñderi potest: quia nubes seprit & sonat Toni-  
 truū. n. cōstat tanq̃ ex materia ex ipso sono & septiōe. Ex  
 cā vero finali rñderi potest (inq̃ Pythagoras) vt timeāt hi,  
 qui in Tartaro sunt: inq̃. Nōne igit̃ si esse cōtingit supple  
 aliq̃ effectū ex cā finali, & materialī, fieri cōtingit et ex  
 cā finali, & materialī: quasi dicat sic: & p ea quae eē cōtin-  
 gūt: intelligit effectus, q̃ pmanētes sunt: & aliquo tpe du-  
 rabilēs (vt illuminatio: & id genus) & p ea: quae fieri cōtin-  
 git: intelligit effectus instabilēs: q̃ parue tpe durāt: vt To-  
 nitrū: & id genus. Propterea dicit si esse cōtingit. i. si de  
 effectū pmanēte cōtingit: q̃ dīctū est: vt. f. per plures cās  
 sic: etiā de effectū nō pmanēti, q̃ dī in fieri esse habet, cōtin-  
 git ipm fieri ex pluribus causis, Sicut si Tonat ex extin-  
 cto igne, necesse est Sizare siue Septire: & Sonare. Et ita  
 Tonitrū vt ex materia cōstat septiōe & sono. ¶ Alij ve-  
 ro sic intelligūt si Tonat: necesse est ignē extingui in nubī  
 bus. Si autē extinguit: necesse est Sizare siue Septire: & cō-  
 sequēter sonare: mō sonare ē tonitrū materialis cā. ¶ Vel  
 fortasse melius hoc exemplum est ad mentem Empedo-  
 clis: q̃ voluit ignē in nubibus extingitū esse materialē cam  
 tonitrū: q̃re tonat vt ex cā materialī scdm Empedocle ex  
 ipso extincto igne. Si. n. tonat ex extincto igne, necesse ē  
 sizire & sonare. f. tonitrū effici, ideo materialis cā toni-  
 trui est ignis extinctus. ¶ Quo vero ad verba attinet, Si-  
 zire graece latine est septire, est autē septire (vt cū extingui-  
 tur ferrū in aq̃: sonare). Quae vero sit materia tonitrui, &  
 q̃ effectrix cā, In meteorologicis declarauit Aris. ¶ Non  
 nulli vero dicūt hoc exēplū: q̃d Aris. de tonitruo assigna-  
 uit: fuisse exēplū, quo voluit eūde effectū demonstrari pos-  
 se p finalē: & per efficiētē cām. Nā extinctio ignis effe-  
 ctrix cā est tonitrui. Et tūc exponūt verba sic nōne igitur  
 si esse cōtingit, id est cōtingit demonstrari p cās: essendi, vt  
 sunt materia & finis: ita etiā cōtingit fieri. i. demonstrari per  
 cās fiendi: quae sunt effectiua: & finalis. Finalis. n. causa di-  
 citur essendi: & fiendi. Propterea In vtroque exēplo intelli-  
 gitur. ¶ Quae expō licet nō cōsonet verbis Aris. ¶ rē tamē  
 propositā non variat. Quod vero responderi possit per  
 causam finalē: etiā ostēdit: cū inq̃. Et (quemadmodū Pytha-  
 gorici dicunt) Tonat Iuppiter minarū causa his, qui sunt  
 in Tartaro, vt timeant. Haec. n. cā finalis est secundū Py-  
 thagoricos. Sed secundū Aristotelē causa finalis tonitrui  
 est (vt Aer expugnaretur ab exhalationibus) quae aerem  
 inficiebant. Aer enim expurgatus viuētibz animalī-  
 bus prodest.

**E**  
**F**  
**G**  
**H**

Ex. 1. r. 1. exempli Aris. de cōtonitruū Sc cūda tertia

Verborū expositio.

Alia expō aliquorū exēplū.

Qualis expō.

Alia expō melior.

M

**I** Plurima autem huiusmodi sunt, et maxime in his quae natura subsistunt, et constant, nam haec quidem propter hoc natura facit. Illa uero ex necessitate. Necessitas autem duplex est, haec quidem secundum naturam, et aptitudinem. Haec uero uiolenta et contra aptitudinem, sicut lapis ex necessitate et sursum et deorsum fertur, sed non propter eandem necessitatem.

**K** Cum declarauit effectum demonstrari posse per plures causas: ostendit qui sint hi effectus, et inquit. Plurima autem huiusmodi sunt, qui per plures causas demonstrari possunt: et dixit plurima, quia non omnia. Ideo exponit: quae sint ista plurima, et inquit. Et maxime in his, quae natura subsistunt: et constant: quales sunt effectus naturales. Nam una natura est: quae facit propter hoc: ut quoties id facit, per se et non praeter intentionem. Alia natura est: quae facit ex necessitate quia praeter intentionem: et solum ex materiae necessitate: ut quae casualiter facit. Ex hac distinctione patet aliqua fieri propter finem. ut quae natura facit: secundum propriam intentionem. Aliqua ex materiae necessitate, ut quae natura facit praeter intentionem. Quo uero ad uerba attinet. Cum dicit. Haec quidem propter hoc natura facit. Verbum haec est femini generis in graeco, et constructi debet cum uerbo natura. Verbum uero illa similiter feminini generis est: et eodem uerbo construendum. Sed quares utrum eadem fieri possint ex naturae necessitate: et ex fine. Respondet Themistius multa talia utraq; necessitate fieri posse: ut de res: quorum primores acuti sunt. Tum quod ex osse gignuntur tenuiore. Tum gratia finis: ut cibo secundo dirimendoque habiles sint. Alia quoque exempla assignat: ut legenti patet. Ex his patet quae sint illa, quae pluribus causis demonstrari possunt. Et quia dixit ex necessitate naturae aliqua fieri. Ideo necessitatem subdistinguit, et inquit. Necessitas autem duplex est. Haec quidem secundum naturam et aptitudinem, ut pote quae est ex conditione materiae. Haec uero uiolenta et contra aptitudinem: utpote quae est secundum causam mouentem. Cuius exemplum est lapis, qui ex necessitate et sursum et deorsum fertur: sed non propter eandem necessitatem. Sursum, enim fertur propter necessitatem agētis, a quo uolenter mouetur. Deorsum uero propter necessitatem naturae atque materiae, ex qua constat. Et (ut recte Philoponus notat) Aristoteles, hic necessitatem duplicem assumpsit: tamen in alijs quadrupliciter dixit necessitatem dici: uno modo simpliciter. Secundo ex suppositione. Tertio secundum naturam. Quarto praeter naturam. In alijs autem dixit quinque modis sumi necessitatem. Addit, enim quintum modum pro utilitate.

**L** In his autem quae proficisci solent a mente, quaedam nunquam sunt a casu, ut domus uel statua, neque necessitate, sed alicuius gratia. Quaedam sunt etiam a fortuna, ut sanitas atque salus. Maxime uero in quibus fit, ut sic et aliter sese habeant, cum generatio non est a fortuna.

**M** In his autem, quae sunt ab intelligentia. Alia quidem si nequaquam sunt ab eo, quod est per se frustra, ut domus, aut effigies neque ex necessitate sunt, sed propter hoc. Alia uero a fortuna sunt (ut sanitas, et salus). Maxime autem in quibuscumque contingit et sic, et aliter, cum non a fortuna generatio fit.

**N** Declarauit Aristoteles, quae per plura media. Nunc: quae per unum demonstrantur: quae uero per nullum, et ponit talem diuisionem, uidelicet. Eorum: quae sunt ab intelligentia cognitione, et proposito. Alia sunt solum propter hoc. Alia uero penitus a fortuna. Fiant autem propter hoc

solum: quaecumque nec praeter intentionem fiunt, nec necessitate materiae: ut domus: et effigies: et uniuersaliter: quaecumque arte conficiuntur. Quae, enim, arte conficiuntur (ut Philoponus inquit) nec sponte fieri dicuntur. Id enim, sponte fit: quod sine causa manifesta fit: nec praeter intentionem. Nullus enim, domum aut statuam erigit praeter intentionem. Nec ex necessitate materiae: non enim, ex lignis solis: et lapidibus solis sine artifice domus fieri potest. Quare haec quae arte conficiuntur, solum propter hoc: hoc est propter finem aguntur. Patet ergo eorum: quae fiunt ab intelligentia: alia qua fieri solum propter hoc. Quo uero ad uerba attinet. Intelligentia graece est *νοησις*, et pro cognitione, et proposito intelligitur. Eorum insuper quae fiunt ab intelligentia alia sunt, quae fiunt a fortuna, ut sanitas, et salus. Sanitas quidem in aegrotante per absentiam medici. Salus uero in nauis gubernatoris. Afferunt autem conuenientiam inter haec: quae ab arte, et haec: quae a fortuna fiunt: quod utraq; in contingentibus fiant (ut Philoponus inquit). Verum ab arte fiunt contingentia, cum eorum factio non est a fortuna: sed ab ipsa cognitione operantis, et hoc inquit Maxime autem artificialia sunt in quibuscumque contingit sic: et aliter, in contingentibus, modo talium contingentium generatio atque productio non fit a fortuna: sed ab intelligentia. Patet ergo coram: quae fiunt alia fieri a natura. Alia ab intelligentia: eorum quoque fiunt ab intelligentia: alia fieri ab ipsa arte, alia fieri a fortuna. Tunc patet quae pluribus medijs, quae uno medio, scilicet fine, quae nullo demonstrantur. Naturalia quidem pluribus medijs demonstrantur: quod pluribus e causis proficiunt. Artificialia uero uno medio, quod fine tantum exoriantur. Fortuita uero nullo, quod ob nullam causam fiant. Hoc pacto textus iste exponatur. Non autem habemus a graecis expositionem, cum et quae Philoponus, et Themistius dicunt, ad textus expositionem pauca sint.

**P** Quare si finis sit bonus, ea quae ad illum consequendum efficiuntur alicuius gratia fiunt. Et aut a natura, aut ab arte. A fortuna uero nihil cuiusquam fieri gratia solet.

**Q** Quare finis bonus alicuius gratia fit, et aut a natura, aut ab arte. A fortuna autem nihil propter aliquid fit.

**R** Corollarium istud est: cum sit pulchrum: et non ad rem. Sed quasi extra propositum, quod a fortuna nullus finis bonus fiat, sed solum aut a natura: aut ab arte: probat: Omnis finis bonus alicuius gratia fit. Fortuna nihil facit alicuius gratia, sed sola Ars, uel natura. Ergo a fortuna nullus finis bonus fit, sed solum a natura uel fortuna.

**S** Dices thesauri inuentio non est bonum: certum est esse bonum: et tamen aliquando a fortuna fit. Fortasse se bonum est: non tamen finis bonus: cum non sit finis sufficiens, ut fodiens est. Sed alia ratione est bonum.

**T** Eadem autem causa est in his quae sunt, et in his quae fiunt, et in his quae fuerunt, et in his item quae fuerunt, futurusque sunt. Medium enim ipsum causam esse constat. Verum differentia quaedam esse uidetur. Eorum enim quae sunt, est, eorum quae fiunt, fit eorum quae fuerunt, fuit, eorum denique quae fuerunt, erit. Nam ut haec pateant exemplo, cum interrogamur cur fuit, uel fit, uel erit, uel est, defectio lunae, quia fuit, uel fit, uel erit, uel est terra inter solem et lunam accommodatissime respondemus. Quid est glacies, et accipitur aquam congelatam ipsam esse. Atque sit aqua quidem, et congelata autem a causa deinde collocetur in medio quod ipsum occupat

**A** cupat, b, absentia penitus ipsius caloris, b, igitur ipsi, c, inest, a, quoque, b, ipsi competit. Atque sit glacies, cum ipsum, b, fit, et fuit cum fuit, eritque cum erit. Ea igitur quae hoc pacto est causa fit, et est, et fuit, et erit una cum eo cuius esse causa dicitur.

**B** Eadem autem causa est et in his, quae fiunt, et factis, et futuris, quae quidem est his, quae sunt. Medium enim causa est. Praeter quod in his, quae sunt, quae est, in his, quae fiunt, quae fit. Factis autem facta. Futuris uero futura. Ut propter quid factus est defectus, propter id quod in medio, facta est terra, fit autem propter id quod fit. erit autem, propter id quod erit in medio, et est autem, propter id quod est. Ut quid est chrysalis accipitur iam, quoniam aqua congelata est, aqua in quo, c. Congelata in quo, a. Causa media in quo, b, defectus caloris penitus. Inest igitur ipsi, c, quidem, b. Huic autem congelatum esse, quod est in quo, a. Fit itaque chrysalis, cum fiat, b, factus est autem factus est. Erat autem, futuro, b. Sic quidem igitur causa et cuius causa est, simul fit, fit, cum sit, et est, cum sit, et in eo, quod factum est, et in futuro eodem modo.

**C** Intentio huius partis est probare quod idem medium fit in his quae fiunt, et in his: quae facta sunt: et in his: quae futura sunt in rebus generalibus et corruptibilibus: quod est in his: quae sunt: hoc est medium in rebus generalibus et corruptibilibus ita cognatum est effectui, qui fit: sicut medium in rebus quae sunt, in aeternis, coaeuum est rebus ipsis aeternis: probatur in rebus generalibus causa eadem est in his, quae fiunt: et in his: quae facta sunt, et in his quae futura sunt fieri: quae est in his quae sunt, in rebus aeternis, in rebus enim aeternis causa coeua est rei hoc pacto quod cum effectus est, causa est: dum effectus fuit, causa fuit, dum effectus erit, uerbi causa. Rotunditas coeli cum causa ita se habet, quod dum est rotunditas: eius causa est: dum fuit, eius causa fuit, dum erit, eius causa erit, ergo eodem modo in his: quae fiunt: et generantur: causa se habet: cum enim effectus fit causa fit, cum effectus factus est: causa facta est, et cum futurus sit, causa futura erit. Addit minorem: et inquit. Medium, enim, causa est, ergo medium in his quae generantur ita se habebit sicut in his, quae sunt, quia cum effectus fit, medium fit: et cum effectus factus est: medium factum est, et cum effectus est futurus: medium erit futurum. Veluti etiam in his: quae sunt. Sed dices non uidetur causa esse eadem quae est cum ipso fieri: et cum ipso facta: et cum ipso futuro fieri. Cum causa quae est cum fieri habeat esse actuale: causa autem: quae est cum futuro fieri habeat esse potentiale: modo esse actuale et esse potentiale differunt ualde, non ergo est idem. Respondet: Verum tamen in his quae sunt uidelicet in aeternis causa est: quae est et ita defuit et erit in his autem quae fiunt: causa est: quae fit in factis autem, causa facta est. Futuris uero causa est futura, et ita uult in aeternis causam esse eadem numero, quia semper ea: quae est, coeua tamen: quia fuit et erit cum effectui. In rebus generabilibus (ut inquit Philoponus) ea eadem specie coeua est effectui: non enim, eadem numero cau-

sa est: quae erat in potentia, et quae est in actu, cum actus et potentia sint differentiae ualde oppositae: est tamen eadem causa specie, quia licet causa in potentia non sit idem sibi ipsi in actu secundum numerum: est sibi ipsi eadem specie. Potest tamen dici esse eandem numero causam: sed priuatiue. Sicut enim Socrates generandus sibi ipsi genito idem numero est priuatiue: quia non alius est qui generatur: et qui erat generandus, ita quoque ea quae est eius ut generandi: et eius ut geniti eadem est priuatiue, quia non alia. Quod uero sit eadem aut specie: aut priuatiue: per exempla exponit: et inquit. Propter quid factus est defectus: propter id quod in medio facta est terra. Fit autem defectus propter id quod fit. Erit autem factus defectus: propter id quod in medio erit facta terra. Simili ratione in his quae sunt qualia sunt aeterna: effectus est (ut rotunditas Coeli propter id quod causa est). Hoc est primum exemplum. Deinde ponit secundum, et inquit: Ut quid est chrysalis: accipitur iam quoniam aqua congelata est: dicit accipitur, quia de eius esse quo est Meteorologica. Verum pro exemplo accipitur nunc ita esse. Et tunc aqua fit in quo, c. congelata uel congelatum esse fit in quo, a, causa media fit in quo, b, uidelicet defectus caloris penitus. Congelatur enim, aqua et in duritie uertitur ob omnimodam caloris euanescentiam. Igitur inest ipsi, c, aquae, b, defectus caloris penitus, huic autem, b, inest congelatum esse: qua ratione (ut inquit) Chrysalis fit: cum fit, b, facta est: factio ipso, b, erit autem facta ipso, b, futuro fieri. Tunc recolligit maiorem: et inquit. Sic quidem igitur causa: et id cuius causa est simul fit cum sit effectus in rebus generabilibus: et est cum sit effectus in rebus aeternis, et in generalibus non modo ea fit: cum sit effectus: sed in eo quod factum est, causa facta est, et in futuro eodem modo ea futura est. Est tamen differentia aliqua inter coaeuiternitatem causae cum effectui in generabilibus: et in aeternis: quia in generabilibus coaeuiternitas causae cum causato est respectu huius uerbi fit: quia cum sit effectus: ea fit: et cum factus est: ea facta est: et cum futurus est fieri: ea futura est fieri. In aeternis uero coaeuiternitas causae et causati est respectu uerbi sum est: quia simul est fuit: et erit cum effectui. Praeterea (ut Themistius inquit). In generabilibus causa coeua effectui est formalis: haec enim non fit ante nec post, sed simul cum effectui: ut Aristoteles inquit duodecimo libro primae Philosophiae. In aeternis quaelibet causa est coeua effectui: non solum formalis, sed effectrix: et finalis, ut intelligenti patet. Hoc pacto textus iste erit intelligendus. Philoponus, autem et Themistius, licet uerba exposuerint, intentionem Aristoteles ignorauerunt. Alii uero uerba Aristoteles, nec intentionem apprehenderunt. Cum igitur patet causas coeuas esse in generalibus et aeternis eodem modo: et media causa sunt. Media profecto et in generabilibus, et aeternis eodem modo coeua erunt. Quod si coeua media causatis sunt. Patet demonstrationes fieri posse a media ad causata categorice: et hypothetice. Sequitur enim, categorice aquam esse congelatam, quia est calore deficiens, et sequitur hypothetice aquam esse congelatam, sic calore deficit: et non modo a causa ad effectum, sed contra ab effectu ad causam: et totius rei huius causa est coaeuiternitas medijs cum causato.

**E** Sed in hisce quae non sunt simul, fit ne ut in continuo tempore. Quomodo nobis uidetur alia aliorum sint causae, eorum factum facti, siens sentis, futurumque futuri.

**F** In his autem quae non sunt simul nunquid sunt in continuo tempore, sicut uidetur nobis alia aliorum ea esse, ut facti est, altera facta. Est futuri, altera futura. Et eius, quod sit, si aliquid ante factum est.

Com. 82.

Verborum expositio.

Dubio. Ru. The.

Philopo. Quor modis necessitas accipitur apud Arist. hic de quo in alijs locis 5. uide. ta. re. co. 6.

Com. 83.


Verborum expositio.

Diuisio. nu. que.

Com. 84.

Obiecti. Solutio. Q.

In rebus generabilibus ea eadem specie coeua effectui



In genera bilibus coeuiternitas causae cum causato est respectu uerbi sum est. Quae expositio Philo. Theo. & aliorum. H

POSTERIORVM

I Com. 36.

¶ Ut dictum est causæ aliæ sunt simul factæ cum effecti- bus: vt formales: & finales. Vt addunt Philoponus: & Themistius, quod verū est de fine generationis, qui concidit cum forma, & non de fine rei generatæ qui est gratia cuius, & acquiritur post formā. Aliæ sunt prius factæ. (vt effectrix & materia) vt Artifex, & calx, cementū: & lapides. Aliæ vero posterius factæ: vt finales quæ gratia cuius dicuntur. ¶ Tunc Philoponus si quæstionem hanc intelligit. Vtrū in effectiuis causis & materialibus nō simul existentibus cum proprijs causatis, sint aliæ atq; secundū tempus: sicut effectus est alius atq; alius secundū tempus: sicut nobis prima facie deceptis ppter continuitatē temporis videtur. Qm̄. n. (vt inquit Philop. in tpe sunt talia facta: tempus vero continuū est, quia ipsius partes. i. Præterita & futura ad aliquē cōm terminū. i. ad tēpus p̄sens copulantur. Videmur in his facile nos habere quod ē in his alterū alterius causa. Et ita per continuū tēpus intelligit correspondens & vnū tēpus: & inquit. ¶ In his autē causis: quæ non simul sunt, nunquid sint in continuo tempore: supple cū suis effectibus: hoc est vtrū in tempore suis effectibus respondeant, sicut videtur prima facie nobis deceptis tēporis continuitate: alia aliorū causa esse, vt factū esse altera: scilicet facta: & futuri: altera. i. futura: & eius: qđ sit. Si aliquid antea factum est: esse cā quæ sit. Patet igitur quæstio: quæ est an causæ p̄cedentes effectus, suis effectibus respondeant secundū eorū temporum differentias. Patet & causa quæstionis, nam prima facie videtur ita esse ex temporis continuitate, adeo qđ effectui factō causa respondeat facta: & effectui in fieri causa in fieri: & effectui futuro causa futura. Hoc modo Philop. intelligere videtur. ¶ Quæ expō non placet: nā intelligēdo sic quæstionē Arist. mouisset q̄nem: & illam non soluisset, non. n. in hoc libro talem q̄nē soluit. ¶ Themistius vero sic (vt mihi videtur) intelligit: cum enim Arist. declarauerat, in his causis, atq; in his medijs quæ simul sunt cū effectibus ipsas causas & effectus quo ad tēpus sibi hinc inde correspondere: quia a causa de fieri sequitur effectus de fieri & econtra, & a causa de facto in præterito sequitur effectus in præterito: & econtra: similiter & de futuro: quærit nunc: Vtrū in causis non simul existentibus cū suis effectibus: sint in continuo tēpore. i. vt sibi ipsis correspondent mutuo secundū tempus. (Vt liceat syllogizari ab effectū in causam & econtra semper seruata temporis vnitatē) sicut prima facie videtur nobis ex eo quia alia aliorū causa est, vt factū facta: & futuri futura, & præsentis p̄sens. Cū. n. videatur alia aliorū causa: videbitur causa præcedens & effectus mutuo conuerti seruata tēpis vnitatē. Hoc pacto si hæc verba exponantur, quæstio soluitur statim cū inquit. (Est igitur a posterius factō) & reliqua. Et hæc expō non displicet. ¶ Expositor Thomas verba hæc aliter intelligit: & quidē nō ab rōne: nā cū Arist. ostēdisset in his effectibus, qđ simul sunt cū suis causis esse mutū syllogismū ab effectū ad cām & ecōtra. Quærit nūc vtrum in causis: quæ cū proprijs causatis simul nō sunt, sint in continuo tēpore cū suis causatis: & intelligit per continuum tempus (vt postea dicit) Ita vt facta cā mox sit fieri effectus, & cū sit effectus mox fiat cā, ita vt sit dicere cām secundū tēpus cōtinuū sequat ad cām: sicut ecōtra ex cāto cā: ita vtrū prima facie sicut vtrū nobis alia aliorū cā esse (vt factū facta) vt futuri futura: & præsentis præsens.

Expō Ph.

K

¶ At constat in his ab eo rōinationē extruendā esse qđ postea fuit,

L Refutatio expōnis Philop. Expositio Them.

M

Sequenti pte text. Expositio Thomas.

principia autē & eorū ea sunt quæ prius fuerunt. Quapropter idē & in his quæ sunt seruandus est modus. Sed ab eo quod ante fuit non extruitur ratiocinatio, ut quoniam hoc fuit hoc qđ est posterius ortum est, similiter & in futuro.

¶ Et igitur a posterius factō. Syllogismus, principium autē eorum est, quæ facta sunt, vnde & in his, quæ sunt, similiter. A priori autem non est (ut quoniam hoc factum est) hoc posterius factum sit, & in futuro similiter.

¶ Expositor Thomas propositā q̄nē Arist. asserit soluisse ibi (Speculādū ergo quid est continuū) Sed nescio cur hic eū soluisse non putauerit: nā si sensus quæstionis est (vt Thomas exposuit) An causæ quæ non simul sunt cū effectibus: sint in continuo tpe cū suis causatis, hoc est vt e cātis liceat ad cās, & ecōtra syllogizare: cur hoc loco non soluit: nō video, Vnde & Them. hic videtur colligere solutionē. Philop. etiā: & alij græci interpretæ, inquit. ¶ Est igitur a posterius factō. Syll̄s necessarij, & principii talis necessarij syllogismi est de numero eorū, qđ facta sunt, quasi dicat in talibus cōclusio est propositio significans causam, & mediū propositio significans effectū. Et non mō in his quæ facta sunt principium syllogismi necessarij est effectus, sed etiā in his: quæ sunt de præsentī similiter. A priori vero non est syllogismus necessarij p̄bans: videlicet: vt quoniā hoc factū est: hoc posterius factū sit. & sicut dixi de præterito & præsentī syllogismū non esse necessariū a causa ad effectum: & in futuro etiam similiter dico, hoc pacto potest esse solutio. ¶ Thomas tamē vult hoc non esse solutionem: sed quoddam per necessarium ad solutionem.

N

AN

Com. 37. Quæst. 1 no.

O The. phi. & alij græci.

P

¶ Siue nāq; determinatum, siue indeterminatum fuerit tempus, nō erit unquā, ut cum hoc fuisse uere dicatur posterius in quā ipsum. In medio. n. tempore falsum erit profecto hoc ortum fuisse dicere altero iam orto. Eadem est & in futuro penitus ratio. neq; quoniam hoc fuit, hoc erit. ¶ Neq; enim indeterminato, aut determinato erit tēpore. ut quoniam hoc uerum est dicere factum esse. hoc uerum sit dicere factum esse posterius. In medio. n. falsum erit hoc, iam altero factō. Eadem autem ratio est & in futuro.

¶ Possit quis dicere: licet in talibus non sit necessarij syllogismus a causa ad causatū secundū tēpus indeterminatū, potest esse necessarij secundū tempus determinatum. Quia licet non sequatur fuit fundamentū factū: ergo fuit domus facta, secundum tēpus determinatū sequi videtur: sequitur enim, Anno elapso fuit factū fundamentum. Ergo anno elapso fuit facta domus. Et de futuro et sequi videtur: Anno proximo fiet fundamentum. Ergo anno proximo fiet domus: & de præsentī etiā sequitur: Præsentī anno fit fundamentum. Ergo præsentī anno fit domus. Respondet & inquit. ¶ Neq; enim indeterminato, aut determinato erit tempore necessarij sequens: Vt quoniā hoc uerum est dicere factum scilicet fundamentum, hoc scilicet verum erit dicere factum esse posterius illot: scilicet tempore determinato, nam ex quo illud factum est tempore posterius. In medio tempore falsum erit dicere hoc factum esse. Altero iam factō, non. n. sequitur ergo domus anno elapso facta est: factō anno elapso fundamento. Et sicut dico de præterito eadem est ratio & de præsentī & de futuro.

¶ Mediū. n. simul hēat ortū oportet, ut sit factū factorū futurorū que futurū, et ceterorū similiter. Ad id qđ fuit et id quod erit fieri nequit,

A quæ. 1. 1. 1. Cœlemen tare simul tpe Cōr. poraneum Com. 39.

B

Com. 30.

C

Tex. 14.

Com. 31.

D

Expositio Philop.

¶ Neq; quoniam hoc factum est. hoc erit. Medium enim simul genitum oportet esse, factorum factum, futurorum futurum, cum his quæ sunt, fieri. Cum his quæ sunt, esse. Sed futurum esse, & esse non contingit simul esse genita.

¶ Dices nunquid cā: quæ in præterito facta est: possit esse medium necessarii eius effectus: qui erit in futuro, vt fundamentum iam factum medium eius domus, quæ in futuro fiet, Respondet. ¶ Neq; quoniam hoc factum est. i. in præterito: hoc erit in futuro, non enim quia fundamentum factum est domus in futuro erit. Assert causam, & inquit: Medium. n. homogonū, hoc est cōtemporaneum oportet esse cum proprio effectū: vt factorum factum, futurorum futurum, cum his, quæ sunt medium oportet fieri cum his effectibus, qui sunt medium oportet esse. Asignat autem causam Philoponus, quoniam quod factū est, nūquā est causa futuri. Sed futurum esse, & esse vel fieri non sunt Homogona hoc est contemporanea, vel cœmentaria: ergo factum non potest esse medium necessarium ad effectum futurum.

¶ Præterea fieri non potest, ut aut indeterminatum, aut determinatum sit ipsum mediū tēpus. Falsum. n. erit medio illud dicere tpe. ¶ Amplius neq; indeterminatum cōtingit, esse tempus medium, neque determinatum. falsum. n. erit dicere in medio.

¶ Occurres his, quæ dicta sunt, si non licet syllogizare a causa facta ad effectum futurum secundum absolutum tempus: nunquid liceat syllogizare secundum tempus determinatum (verbi causa) Heri fuit fundamentum. Ergo post duos, aut tres dies fiet domus. Respondet Arist. hic, & inquit. ¶ Amplius neq; determinatum contingit esse tempus medium inter causam factam & effectum futurū, ita vt fundamēto factō: dici possit post duos aut tres dies fiet domus. Neq; indeterminatum: ita vt possit dici fundamēto factō, fiet domus: nulla temporis determinatio ne facta. Falsum. n. erit dicere in medio, hoc quia in medio tēpore contingit impediri: & ita contingit falsum esse.

¶ Considerandum est autem quid nam sit quod cōtinet. ut in rebus post factum esse sit fieri. An patet factō siens non herere, nec enim factō factum etiam heret. Sunt. n. siens ac indiuidua, nā ut punctū p̄cto nō heret sic neq; factō factū. Ambo nāq; sunt indiuisibilia. ¶ Speculandum igitur quid est coniungens ut post id, quod factum est sit fieri in rebus. ¶ An manifestum est, quod non est habitum cum factō quod sit. Neq; n. factum cum factō. Terminī. n. sunt, & Atomi. Sicut igitur puncta adinuicem nō sunt habita, neq; facta, utraq; enim indiuisibilia sunt.

¶ Mouet Arist. circa ea: quæ dicta sunt, quæstionē non leuem, Nam nos videmus post quā factum fundamentū: statim fieri parietem: iterum factō pariete: videmus fieri domum. Ideo quærit Arist. (vt Philoponus exponit). Quid est causa in tali rerum generatione (vt post factū vnum sit fieri alterius) sic ordinatē vsq; ad finem. Hæc. n. quæstio non est leuis. Quia non videtur materia facta prius (vt fundamentum causa ipsius fieri parietem) neq; factus paries causa ipsius fieri domum. Neque agens videtur esse causa copulans factam causam cum fieri scilicet factum fundamentum cum fieri parietem. Materia quidem non: quia materia non causat: nisi mota: agens minime: quia agens potest impediri. Ideo quæstio est non leuis de causa copulationis facti cum ipso fieri. Arist. ergo pro solutione præmittit primo factum non esse factō habitum & causa est quia facta sunt indiuisibilia: modo vnum indiuisibile non est alteri indiuisibili habitum.

Arist. ergo primo proponit quæstionē: cum inquit. ¶ Speculandum igitur quid est coniungens (vt post) quod factum est. i. fundamentum, sic fieri in rebus, cum materialis causa, nec effectrix esse possit. Pro responsione ergo p̄mittit factum non posse esse habitū factō, & inquit. An manifestum est: quod non est habitū cū factō id, quod sit: & ita quæstio supponit falsum. supponit. n. factū esse habitum ipsi fieri: quærit causam huius copulationis. Modo falsum est factum esse habitum ipsi fieri. Quod vero factum ipsi fieri habitum esse non possit: probat: & præmittit primo factū factō non esse habitum: & inquit. Neque. n. factū cū factō supple habitū est, cuius cām assert: cū inquit. Terminī. n. sunt & Atomi facta ipsa. Tunc quasi resumens probationē, repetit suppositionē, & inquit. Si cur igitur puncto adinuicē non sunt habita: quia. i. sunt indiuisibilia: neq; facta sunt habita: Vtraq; n. Punctū. i. & factū indiuisibilia sunt, nō ergo factū factō habitū esse potest. Ex hoc vult habere factū non esse cām copulatiuā sui cū altero factō. Vt fundamentū: cū pariete: qm̄ eā nō potest copulatiua sui cū aliquo esse nisi illi sit habita, ergo fundamentū non potest esse cā copulans se cum pariete, & ita nec alterū factum cū altero: & per consequens causa materialis prius facta (quā hic factū Arist. appellat) nō potest esse cā seipsam copulans cū altero factō, & tota cā est: quia factū (vt dicitur sexto physicorū) sicut & mutatum momento cognoscitur. Et cū indiuisibile suapte natura nulli continetur: nulliq; habitum esse possit, vt ibidē dictū est. Iure factum factō non pōt habitū esse. ¶ Debes scire habitum esse in minus: qđ immediatum: qm̄ immediatum non addit contactum: habitum vero addit: & ideo non possunt aliqua esse habita, nisi se mutuo contingant. Præterea secundum alios habitum includit situm, immediatum non. Ideo non possunt esse aliqua habita, nisi in situ aliquo collocentur. Quod si ita est: non ab ratione dictum est factum factō non esse habitum: cum sint indiuisibilia tempore quæ: & tactu: & situ carent in tempore.

E

F

A. te. 40. v. quad. 50

Circa principium Norandū.

G

H

Com. 32.

¶ Nec igitur ob id ipsum factō siens herere potest. Siens. n. diuisibile. factum indiuisibile constat esse. Vt igitur linea sese habet ad punctum, sic siens ad factū. Nā in eo quod fit infinita sunt facta. Magis autē de hisce clarius est dicendū in vltimis libris de motu. ¶ Neq; igitur quod sit, cum factō propter idem. Quod. n. sit, diuisibile est, factum autē indiuisibile, sicut igitur Linea ad punctum se habet, sic id, quod sit, ad factum. Sunt. n. infinita facta in eo, qđ sit. Magis autem manifestum in vniuersalibus de motu oportet dicere de his.

¶ Præmissa suppone: videlicet qđ factū non pōt factō esse habitū: ppter indiuisibilitatē facti, per quā nulli pōt esse habitū: nō ex suppositione: sed ex ratione: qua probauit suppositionē: Deducit secūdo factum non posse esse habitum ipsi fieri, nā cū factū sit indiuisibile: nulli habitum esse potest, propter sui indiuisibilitatem: quia nec indiuisibili, nec diuisibili. Est enim indiuisibile sua indiuisibilitate nulli habitabile, & hoc inquit. Neq; igitur quod sit: cū factō habitū esse pōt propter idē & ita non ex suppositione hoc deducit: sed ex ratione, quæ suppo p̄bata fuit: propterea dicit ppter idē: vt det intelligere ex p̄batione esse hoc deductū nō ex suppositione. Et qđ ex suppositione non deductū sit hoc: sed ex suppositionis rōne: inquit. Quod enim sit licet supple diuisibile sit, & alicui habitabile: factum tamen quia indiuisibile est: nulli habitabile: & quia neque indiuisibili, neque diuisibili, & ita nec ipsi


**I** fieri habitabile est. Deinde quasi epilogans rationē & id, quod ex ratione deducit; inquit. Sicut igitur linea ad punctum se habet: sic id, qd sit ad factū: nā in vno fieri infinita facta sunt, vt in vna linea infinita puncta, quare vt punctum non potest esse habitum lineæ propter puncti indiuisibilitatem: ita nec factum esse potest ipsi fieri habitum propter facti indiuisibilitatem. Sed quia sexto physicorū dictum est punctum esse immediatum lineæ, non tamen puncto (quia indiuisibile potest esse immediatum diuisibili) non tamen indiuisibili, ne quis credat eodem modo factum posse esse habitum ipsi fieri: ideo rem hanc ad sextū physicorum transmittit. Ibi. n. declarabitur non esse simile, nec valere argumentum hæc possunt esse immediata: ergo habita, quoniam habitum addit contactum & firmiter immediatum non, vt dictum est, & quia indiuisibile sua indiuisibilitate nihil contingere potest, ideo nulli potest esse habitum. Potest tamen bene alicui esse immediatum, quia potest esse rei diuisibilis terminus: atq; finis: & consequens rei diuisibilis immediatus. Ex hac secunda cōclusionē vult habere fundamentum ipsum siue causam materiam prius factam, non posse se copulare ipsi fieri: ita vt post ipsam sit immediate ipsum fieri alterius rei: & ita Arist. solum declarauit negatiuam: quia solum exposuit factum non posse esse habitum ipsi fieri, & per consequens patet factam causam, quæ est materia, non posse esse ipsi fieri habitam, nec posse se ipsam copulare ipsi fieri. Sed quid sit copulans factū cū fieri. Themistius innuit tale copulans esse tempus: nā cū tempus continenti serie est: facit videri res, quæ modo fiunt: contineri cū factis. Cū. n. omnis generatio sit in tempore: & generatum atq; factum finis sit generationis, qui finis esse nō potest nisi momento. tempus ergo facit vt copuletur factū cū fieri: quā facit (vt fieri copuletur suo fini). Et ita licet factum nō possit esse habitū ipsi fieri: potest illi copulari secundum temporis seriē: eo modo quo finis tandē copulatur ei, cuius est finis. Ego vero non intelligo hanc copulationē fieri a tempore sine agente. Sed intelligo hanc fieri ab agente, quod in tempore tandem completur eius actionē. Ex his sequitur, qd licet nec factū factū: nec factū ipsi fieri habitū esse possit, tñ per tempus potest fieri ipsum copulari factū eo modo: quo fieri copulatur immediate suo fini.

De eo igitur ipso quomodo sese habet medium cum deinceps sit generatio, hæc eo usq; sumantur. Nam in his ipsis medium, et primum necesse est medio uacare, uelut, a. fuit cū sit factum, c. Ante autem fuit, a. Atq; c. principium est ex eo quia propinquius ē eo puncto, quod est principium temporis. Item, c. fuit quoniam, d. fuit. Orto igitur, d. necesse est, c. fuisse, c. uero orto, necesse est, a. prius ortum fuisse. Atq; si medium hoc acceperis modo, ad id tandem accesseris quod medio uacat.

De eo igitur quomodo cum eo quod consequenter sit generatio ne, se habeat media causa, in tantum acceptum sit. Necesse est enim in his primam & mediam immediata esse, ut, a. factum, a. quoniam, c. factum est. Posterius autem, c. factum, a. autem prius est. Principium igitur est, c. propter id, quod proximum est ipsi nūc, quod est principium temporis. Sed, c. factum est. Si, d. factum est. Cum igitur, d. factum est, necesse est, a. factum esse. Causa autem est, c. d. enim factū, necesse est, c. factum esse, c. autem factū, necesse est, a. prius fuisse factum. Sic autem accipiens aliquod medium stabit alicubi ad immediatum.

His declaratis ostendit quomodo in talibus liceat demonstrari, & primo epilogat. Et potest intelligi per mediam

causam: vno modo materiam ipsam: quam superius factum appellauit. Nam dici hæc causa potest media: quia assumi potest vt medium ad demonstrandum primum. Causa enim materialis posterius facta accipi potest vt media ad demonstrandum prius factum. Vt paries ad demonstrandum fundamentum. Vel melius epilogus sic intelligitur: vt intelligatur per causam mediam causam priorē quæ media dicitur: non (quia assumi possit vt medium) sed quia mediat in generatione inter ultimo factum: & primo factum. vnde inquit. De eo igitur hoc est de causa media: quo modo se habeat: cum eo, quod consequenter secundum generationem: in tantum acceptum sit: nā accepimus ipsam non posse habitā esse ipsi fieri. Sed quo modo licet demonstrari in talibus: subscribit: cum inquit. Necesse est enim in his primam & mediam immediata esse. Et per primam intelligit maiorem extremitatem: quæ est prius factum posterius enim factum potest esse immediatum medium ad prius factum, vt paries factus posterius ad fundamentum prius factum. Propterea subdit, vt a. factum. f. fundamentum: quoniam, c. factum est: modo c. factum est posterius ipso. a. & a. factum prius ipso. c. Est n. fundamentum pariete prius factum. Sed dices superius dictum est vnum factum nō esse habitum factū. Modo dicit medium factum & primum factum esse immediata. Intelligas vel quia differentia est inter habitum: & immediatū, vt superius diximus: vel quia (vt Themistius inquit) Ultimo factum est finis præcedentium, & sic licet præcedentia non sint immediata ultimo factū: vltimum factum semper est immediatum proximo factū, vt paries fundamento, & domus parieti, cum finis semper his immediatus sit, quorum est finis. Ex his concludit quomodo fiat demonstratio in talibus: & vult illam fieri posterius factū in demonstratione pro medio assumpto: nam licet hæc demonstratio non sit a causa ad effectum, est ali quo modo a causa finali: & principio: quatenus est ab eo: quod est proximum ipsi nunc: quod est principium vltimi effectus: & finis præcedentis effectus, inquit. Principiū igitur: & medium est, c. f. paries: propter id: quod proximum est ipsi nunc. i. ipsi factū in nunc videlicet ipsi domui quod quidem nunc est principium temporis: in quo fieri vltimum, factum, f. domus. Propterea subdit: sed factū



est: si, d. domus factū est. Erigit ergo demonstrationē, & inquit. Cū igit. d. factū est: necesse est & a. factū esse, cā autē media est, c. Nā, d. domo factū: necesse est, c. pariete factū esse, c. aut pariete factū, necesse est, a. fundamentū prius fuisse factū: sic aut accipies aliquod mediū. f. qd sit cōplete factū: stabit alicubi ad immediatū, quod scilicet primo factū est: nō supponēs aliud cōplete factū. Ex his patet in talibus demonstrationē fieri ab effectu ad causam. Qui tñ effectus aliquo mō est principium: quatenus se habet (vt finis respectu prius factorum.) Verum de his postea.

An semper ob infinitionem medium cadet. Non enim factum factū heret, ut diximus, attamen a medio incipiendum est, & ab eo quod nunc est primum.

Nunquid semper extra cadet, per infinitum, non enim

**N** A enim est habitum factum factū (ut dictum est). Attamen incipere necesse est a medio tantum, & ab ipso nunc primo. Sed quærit quæstionē quæ videtur cōtra ea, quæ dicta sunt. Dicitur est. n. vñ factum nō esse alteri factū habitū: & immediatum: at nunc dicit semper posterius factū esse immediatum proximo factū, & inquit. Nunquid semper extra cadet, f. factum post factum: per infinitum: siue in infinitum, & videtur qd semper: quia vt dictum est factū non est habitum factū. Respondet hoc propositū nō tollere: quia siue pcedatur in infinitū in factis: siue nō: semper necesse est in demonstratione talium incipere quod est in ipso nunc primo, siue illi proximo: & pcedatur ad prius factū. Nō curauit aut explicare vñ factū esse immediatum alteri, & quo non, quia in sexto explicauit. Factū. n. vt ibidem dicitur, potest accipi pro factū cōplete, quod dicitur factū in actu. Et pro factū incōplete: qd dicitur: factum in potentia. Loquendo ergo in factis in potentia factū factū nō potest esse immediatū: quia inter quæcunq; duo talia mediat aliud factū in potentia. Nō. n. fieri potest fundamentū: nisi prius fiat eius medietas: nec fieri potest eius medietas, quin prius fiat illius medietatis medietas: & sic in infinitū. In factis vero cōpletis, factū est immediatum factū: quia paries fieri potest immediate post fundamentū: licet nō simpliciter immediate, quum fieri nō possit paries: quin prius fiat eius medietas: & iterum medietas medietatis in infinitum: bene ergo factū factū hic vult esse immediatū, quia loquitur de factis cōpletis: superius loquitur de factis incōpletis. Et sic, quæ dicit, bene dicta sunt.


**B** Idem & in futuris seruandum est. Nam si uerum est, d. fore, uerum sit prius oportet, a. fore. Huius autem causa est ipsum, c. Bte nim si erit, d. prius erit.

**C** Similiter autem est: & in eo, quod erit. Si. n. uerum est dicere quoniam erit, d. prius, c. erit. Si uero, c. erit, prius, a. erit. Lapides parabunt, Paries erit Domus erit

**D** Ostendit & in futuris etiam demonstrationē in talibus fieri semper a posteriori ad prius, vt quoniam si domus erit, paries erit, & si paries erit, lapides parabuntur. Er go si domus erit: lapides parabuntur. Inquit. Similiter autem demonstratio fiet in eo quod erit: utpote in futuris: quia semper a posteriori pificendum est ad prius. Nam si verum est dicere: quoniam erit, d. scilicet domus: necesse dicere: quoniam prius erit, a. f. qd lapides parabuntur. Huius autem causa est, c. scilicet quia paries erit. quia (vt inquit) Si, d. domus erit: prius, c. paries erit. Si uero .c. paries erit prius, a. erit: scilicet prius lapides parabuntur. Patet ergo in futuris eodem modo demonstrationem fieri.

Similiter autem & in his ipsis infinitio diuisionis extitit. Futurum nāq; futuri non heret. Atque principium & in ijs est sumendum quod medio uacet. Hæc autem in ipsis operibus ita sese habent, ut diximus. Nam si domus extructa est: lapides incisos fuisse necesse est. At id quomobrem: quia necesse est fundamenta fuisse, si domus est facta. Si uero fundamenta iacta fuere, necesse est lapides ante fuisse. Rursus si domus erit: parietes lapides prius erunt. Quod quidem per medium modo demonstratur eodem. iacentur. n. antea fundamenta.

Similiter autem & infinita est decisio & in his. Non. n. erunt futura habita adinuicem. Principium tamen & in his sine medio accipiendum est. Habet autem se sic res in operibus, si facta est domus, & necesse est & decisos esse lapides. Et factum esse hoc propter quid est, quoniam necesse est fundamentum esse. Siquidē & domus facta est. Sin autem fundamentum factum est, prius lapides esse factos necesse est. Iterum si erit domus, similiter prius erunt parietes. (Demonstratur autē & per medium similiter). Erit, n. fundamentum prius.



Sed contra obijcit: quia & in futuris diuissio factorum erit in infinitum, ergo non possumus procedere ab vno facto ad aliud: factum nisi semper mediet aliud: quare demonstratio in talibus non potest esse per immediata. Inquit. Similiter autem & infinita est decisio & in his futuris. Non. n. (vt inquit) futura erunt adinuicem habita: quoniam semper mediet aliud factum. Respondet & inquit. Principium tamen & in his (vt in præteritis) siue medio accipiendum est. q. d. qd siue procedatur in infinitum in futuris factis: siue non. Principium tamen quo ad nos sine medio accipiendū est, nam quo ad nos illud est principium, quod est apud nos primo factum: & tu intelligas illud esse primo factum quo ad nos, quod est cōplete quo ad nos primo factum, & non in potentia, quia sic non datur primum, tale. n. primo factū cōplete accipiendū est sine medio, ita vt factū sit primo, & nullum aliud cōplete factū præcedat. Et ponit exemplū in factis de præterito. Cū inquit. Habet autē se sic res in operibus, hoc est in factis cōpletis: vt si facta est domus necesse est & decisos esse lapides: & factum est hoc, i. & decisii sunt lapides, ppter quid est, i. ppter id est: qm necesse est fundamentū factū esse: siquidem & domus facta est. Sin autem fundamentum est: prius lapides esse factos necesse est: & ita in præteritis: in futuris uero similiter. Iterū si erit domus: sicut prius erunt parietes. (Demonstratur autem & per medium similiter) hoc quia erunt parietes: qm erit fundamentū prius. Ergo a primo ad vltimū, si domus erit: paries erit, si paries erit fundamentum erit: si fundamentum erit, lapides erunt: quare si domus erit: lapides erunt. Tu uero hæc intellige (vt superius diximus). Diximus, n. superius facta siue in futuro fieri, siue in præterito sumantur: in potentia siue incomplete esse infinita, actu uero siue complete sumpta esse finita. Quare: vt incomplete sumuntur, nō possunt esse immediata: quia quibuscunq; duobus factis acceptis: inter ea mediat factum: Vt uero sumuntur cōplete: possunt esse immediata hoc pacto potest demonstratio in talibus ex immediatis esse. Sed quæres vtrum demonstratio ab ultimo facto ad prius factum sit a causa: an ab effectu. Et dicendum vltimo factum vno modo esse effectum præcedentium. Alio modo causam. Est effectus præcedentium, quatenus præcedentia sunt causæ in genere causæ materialis: & efficientis illius. Est uero effectus: in genere causæ

Suæ, sup Poste. n

**E**  
**F**  
**G**  
**H**  
**Dub. Solutio.**

Te. cō. 26  
Te. cō. 2.  
Dub.  
Rū. The.  
L  
Propria solutio.  
M  
Cō. 93.

Dubitatio  
Solutio.

Com. 95.

Q

I finalis. Est autem finis præcedenti: inquantū est in ipso nūc, quod est finis præteriti: & principium futuri. Factū vero mediū: inquantū est principium atq; cā: inquantū est propinquius primo, vt paries inquantū est propinquior ē do muī, quare erit præcedenti finis subsequēter vero finis. Et hoc intellexit Arist. cū inquit, Attamen a medio incipiendum est. s. completo & actu & ab ipso nunc primo, hoc est indiuisibili & finali termino: qui est in ipso nunc: (hæc mihi videntur). ¶ Philoponus vero & Simplicius non bene (vt mihi videtur) exposuerunt. Tu vero quæ ip si dixerunt bene per libra.

¶ Sed quoniam in hisce quæ sunt generationem quandam modo circuli conuerti videmus, fieri potest, ut id ipsum sit: si medium, & termini mutuo se sequantur. In ijs enim consistit ipsius conuersio. Atq; id ipsum in sermonibus primis ostendimus, conuerti inquam ipsas cōclusiones. hoc est, n. circuli mō rōcinatiōnē cōuertit.

K  
Tex. 15.

¶ Quoniam autem uidemus in his quæ sunt: circulo quandam generationem esse: contingit hoc esse, si quidem consequantur se ad inuicem medium & extrema. In talibus n. conuerti est. Ostensum est aut hoc in primis, qm̄ cōuertit̄ur cōclones. Circulo aut hoc ē: ¶ Cū ostendit qm̄ licet demonstrare in his causis: quæ esse etum præcedunt, & in his quæ simul sunt cū effectibus, & qm̄ mediū in talibus vtriscq; ē ordinandum. Nūc ostēdit qm̄ demonstratio fiat in his, quorum alterū est alterius cā: & econtra. Sunt n. quædam quorū alterū alterius est cā, & econtra. Vt hō ē cā hoīs, & econtra: & vt depluta terra cā de plute terræ: & econtra: & inq; t. ¶ Qm̄ at videmus in his, quæ fiunt esse quandam generationem circulare: hoc modo qd alterū alterius sit causa (vt a. ipsius, b. & b. ipsius a. etiam causa est) propter hanc circulare generationē: quā in rebus experimur: contingit simili ratione in demonstrati uis hoc esse. s. circulare ostensionē: cōtingit dico circularē ostensionē in talibus: quæ circulo generantur: siquidē mediū & extrema sese inuicē cōsequantur, hoc est si mutuo conuertantur. Vbi n. mediū & extrema circulo non conuerterentur, etiā si talia circulo fierent: circularis demōstratio non fieret. ¶ Vel aliter intelligit: vt legatur siquidē pro quia: & tunc est sensus: qm̄ uidemus in his, quæ sūt: generationē aliquā fieri circulo, hac de causa contingit hoc idē esse in demonstratiōne. s. vt circulo sit: siquidē pro quia in talibus circulo factis mediū & extrema ad inuicē sese mutuo cōsequantur: qm̄ in his (vt inquit). Est conuerti vt per exēpia demōstrabit. Nec hoc est nouū: qm̄ in prioribus ostensum est conclusiones cōuertit ad ppōnes: & p positiones cōuertit ad cōclusiones, hoc aut quod est cōuertit cōclones ad ppōnes: & ppōnes ad cōclones ē circulo demōstrari. Quare patet in talibus: quæ circulari gnōne gnant, circularē fieri demōstratiōnē: & ita patet quō demōstratio fiat in his, quorū alterum alterius causa est: & econtra.

Extrema





¶ In rebus autem ipsis hoc uidetur fieri modo Humida facta pluuia terra uapor necesse est oriat. Quo quidam orto nubem constare necesse est. Qua facta fieri aquam. Qua orta, terra pluuia necesse est humectetur. Hoc autem id erat quod initio sumpsi mus. Quare modo circuli conuersio fuit. Quicquid enim ex hisce sumpseris, aliud sequitur quidem cū sit aliud. Quod quidē cū sit aliud itē est. Quod rursus cū sit: primū ipsum emergit.

I De hoc vi  
d. 6. 2. prio.  
ca p. 7.

¶ In operibus autem uidetur sic. Depluta terra, necesse est uaporem fieri, hoc autem factum, nubem. Hac uero facta, aquam. Hac uero facta, necesse est terram deplutam esse. Hoc autem erat ex principio, quare circulo circuit. Vno n. horum quoniam existente: alterum est, & illo, aliud, & hoc, primum.

M

¶ Assumpsit in his, q̄ fieri videmus aliq̄ circulo fieri: ita vt alterū alterius cā sit: & econtra. Nūc ostēdit talē generationē circulo fieri in aliq̄bus p̄ exēplū. & inq; t. ¶ In operibus autē v̄ sic. q. d. nō solū verbo patet assumptū, sed opere, & ponit exēplū. Qm̄ depluta terra: necesse est uaporē fieri. hoc autē factū & in sublimi collocato, necesse est nubē fieri. hac iterū geniti, necesse est aquā gigni. facta iterū aqua, necesse est terrā deplutā esse. Qd̄ quidē a principio (vt ppō) assumebatur, & cā: nūc assumitur (vt cōclusio) & effectus. Verificato assumpto: repetit qd̄ ex assumpto intulerat, & inquit. Quare circulo circuitū generationē: & ita demōstratio. Nā vno horū quouis existēte, alterum quoduis est. Nā depluta terra ēnte, erit quoduis eorū: q̄ in exēplo assumpta sunt. Et illo ecōtra existēte: alterū iterū quoduis erit. Et hoc existēte quouis eorū, erit primū. Quare mediū & extrema cōuertit̄ur, & ita demōstratio circularis. ¶ Sed occurrere, quia primo huius demō circuli reprobata est hoc modo facta. Nā si ex terra depluta demōstratur terrā depluta: non plus haberetur ex tali demōstratiōne: q̄ si hoc est: hoc est: & ita facile est omnia demonstrare. ¶ Iuniores dixerūt hoc fieri posse ppter differentiam numeralē: nā terra depluta, & terra depluta differunt numero. Quā rē expositor Thomas affirmat dicens: nō fieri reditū ad idē numero, sed ad idē specie. Sed cōtra: quia si reditus est nō idē numero: sed ad idē specie, tūc demōstratio esset singulariū; tā vt per quæ, q̄ vt quorū. Esset. n. singulariū p̄ quæ, quia singularia demōstrant: & quorū: quia singulariū esset demōstratio. Depluta, n. terra: quæ demonstrat, differt numero a terra ipsa depluta: quæ demonstratur: ergo demōstratio esset singulari ad singularē. ¶ Ideo primo huius Arist. negauit cōtrarias & concessit sub cōtrarias. Negauit n. illa omniū esse demōstratiōnē circularē: & illa nullorū esse demōstratiōnē circularē, cōcessit uero aliquorū. esse, & aliquorū non esse. Aliquorū quidē esse (vt inquit hic.) Quia eorū quorū generatio est circularis. Tūc possem dicere non eorum quorū generatio ē circularis aliquorū uero nō esse: vt ad uersando his: quæ primo huius dixi, demōstratiōnē talē esse



N A

esse in singularibus secundū rem: sed vt uniuersaliter concipiuntur. Terra n. depluta vtr̄ cōcepta cā est terræ deplutæ vtr̄ cōceptæ (Licet vtraq; sit singularis secundū rem) nec absurdū arbitror de singularibus, & p̄ singularia hoc modo demōstratiōnes circulares esse: Nā licet demōstrā: & demōstratū solo numero differant: intellectus illa cōsiderari vtr̄. Tu uero lege, q̄ primo huius disputauimus. ¶ Sunt autem rerum nonnullæ quæ fiunt uniuersaliter, & semper n. & omnes aut eodē modo sese habent, aut eodē fiunt pacto. Nō nullæ sunt rursus: quæ semper quidem non fiunt eodem modo, sunt tamen plerunq;. Nam non omnis quidem mas homo barbā emittit. Fit autem plerunq;, ut homo mas barbā emittat. Taliū igitur & mediū esse plerunq; necesse est. Nam si tam, a, de, b. quā, b, de, c. uniuersaliter prædicatur: & a, de, c. necesse est: & semper, & de quolibet prædicari. Id enim est uniuersaliter prædicari, & de omni semperq; dici. At supponebatur, a. plerunq; de, c. prædicari. Necesse est ergo mediū etiam ipsum, b, conditionem eandem subire: ac esse plerunq;. Erunt igitur & eorum quæ sunt plerunq; ea principia uacantia medijs, quæ plerunq; sic sunt uel fiunt.

O B

¶ Sunt autem aliqua quidem, quæ fiunt uniuersaliter. Semper n. aut in omni, aut sic se habent, aut fiunt. Alia uero semper quidē non: sed ut in pluribus sunt, ut non omnis homo masculus barbā emittit, sed (ut in pluribus). Taliū igitur & necesse est mediū ut in pluribus esse. Si enim, a, de, b. prædicatur uniuersaliter: & hoc de, c. uniuersaliter necesse est, a, de, c. semper, & de omni prædicari. Hoc est enim uniuersaliter, & de omni, & semper, sed suppositum est ut in pluribus esse, necesse est ergo & mediū ut in pluribus esse, quod est, in quo, b, erunt igitur & eorum principia (ut in pluribus sine medio). Quæcunque (ut in pluribus sic sunt) aut fiunt.

P C

¶ Ostendit non eodē modo ea quæ semp sunt demōstrari, & quæ nō semp sunt. Et primo p̄mittit diuisionē eorū quæ fiunt: siue eorū quæ sunt: & diuisio debet sic cōponi secundū Philoponū. ¶ Sunt autē aliqua quidē: quæ fiunt semp vtr̄: & sup. tu, quæ dā, quæ sic se habēt semp vtr̄: cuius cām dicit: q̄a ea quæ sunt semp vtr̄: aut in omni, & semp sic fiūt: aut in omni, & semp sic fiūt. In omni & semp sic fiūt (vt Philop. inq; t). Vt ortus astrorū: aut occasus: & ver fieri si sol est in ariete. In omni & semp sic se habent (vt Philo. inq; t). Quemadmodū circulus est sphaericus: Deus est bonus, anima est immortalis: & id genus. Quare eorū quæ semp sunt: duplicia sunt, aut quæ semp eodē modo fiūt: aut quæ semp eodē modo sic se habent. Alia uero nō semp sunt: q̄a nec semp fiunt: nec semp sic se habent, sed vt in pluribus aut fiunt, aut sic se habēt. Vt omnis homo masculus barbā emittit: non n. semper homo masculus barbā emittit, nec omnis homo: vt in pluribus: & aliqui, nā (vt Philop. inquit) Crassiores nō habent pilos in genis eorū. Ex hac diuisione infert, taliū igitur quæ (vt in pluribus sunt) necesse est mediū vt in pluribus esse, inuēs eorū: quæ semp sunt, mediū esse debere vt semper. Probat autē hanc cōclusionē Arist. per deductiōnē ad impossibile: siue deducēdo ad oppositū, sit cōclusio

D

¶ Ostendit non eodē modo ea quæ semp sunt demōstrari, & quæ nō semp sunt. Et primo p̄mittit diuisionē eorū quæ fiunt: siue eorū quæ sunt: & diuisio debet sic cōponi secundū Philoponū. ¶ Sunt autē aliqua quidē: quæ fiunt semp vtr̄: & sup. tu, quæ dā, quæ sic se habēt semp vtr̄: cuius cām dicit: q̄a ea quæ sunt semp vtr̄: aut in omni, & semp sic fiūt: aut in omni, & semp sic fiūt. In omni & semp sic fiūt (vt Philop. inq; t). Vt ortus astrorū: aut occasus: & ver fieri si sol est in ariete. In omni & semp sic se habent (vt Philo. inq; t). Quemadmodū circulus est sphaericus: Deus est bonus, anima est immortalis: & id genus. Quare eorū quæ semp sunt: duplicia sunt, aut quæ semp eodē modo fiūt: aut quæ semp eodē modo sic se habent. Alia uero nō semp sunt: q̄a nec semp fiunt: nec semp sic se habent, sed vt in pluribus aut fiunt, aut sic se habēt. Vt omnis homo masculus barbā emittit: non n. semper homo masculus barbā emittit, nec omnis homo: vt in pluribus: & aliqui, nā (vt Philop. inquit) Crassiores nō habent pilos in genis eorū. Ex hac diuisione infert, taliū igitur quæ (vt in pluribus sunt) necesse est mediū vt in pluribus esse, inuēs eorū: quæ semp sunt, mediū esse debere vt semper. Probat autē hanc cōclusionē Arist. per deductiōnē ad impossibile: siue deducēdo ad oppositū, sit cōclusio

Dubō.

Solutio.

Notandū.

Tex. 17.

Cōstitutiō.

Quæ Asp.

Tex. 6.

com. 31.

Ad dubit.

tionem.

a. c. vt in pluribus mediū uero. b. Vel igitur (vt in pluribus) & habetur proposita cōclusio: vel dicit quispiam ipsum necessarium esset & tunc, a. de. b. necessario prædicabitur, & b. de. c. similiter: quare & a. de. c. semp & de omni prædicabitur, i. de necessitate, hoc n. est prædicatum necessarium, quod est de omni uniuersale & semper supponebatur. a. c. conclusionē vt in pluribus esse: & sic deductum est ad oppositū concessi. Propterea concludit, erit igitur eorum quæcunq; vt in pluribus sic sunt, (aut fiunt principia ut in pluribus sine medio) quemadmodum & eorum quæcunq; semper sic se habent: aut fiunt principia semper sic se habentia sine medio, & per hoc uult habere tales demonstratiōnes non esse simpliciter scientificas cum non faciant simpliciter scire, sed secundum quid: cū sint secundū quid scientificæ. ¶ Sed occurres: q̄ bene. b. de. c. necessario prædicatur, cū minor necessaria sit. a. aurē de. b. non necessario, & sic non oportet cōclusionē esse necessariā. ¶ Potest dici mediū. a. c. cōclusionis non posse dici mediū necessariū: nisi. b. a. d. a. & ad. c. necessario se habeat. Et propterea Arist. hoc supponens: accipit. a. de. b. necessario prædicari: & b. de. c. necessario similiter.

¶ At enim quoniam pacto ipsum quid est ad ratiocinationis terminos accommodatur. Et quomodo uel est ipse, uel non est demōstratio diffinitione. Satis antea pertractauimus. Nunc dicendum esse uidetur, quoniam pacto uenari nos ea oportet quæ hoc ipso quid est prædicantur. Eorum itaq; quæ semp cuiq; competunt, quædam extendunt sese quidem ad plura, non tamen genus egrediuntur. Atq; ea sese ad plura extendere dico quæ quæquam uniuersaliter cuiq; competunt, non tamen soli, sed etiam alij insunt. Est. n. quoddam quod omni competit trinitati: & etiam non trinitati, i. d. n. quod est trinitati & etiam non numero competit. At impar inest & ipsum quidem trinitati, & alijs etiam pluribus. Quinario nāq; competit, non tamen genus egreditur. Quinarius n. numerus est, & nihil est extra numerum impar.

¶ Quomodo quidem igitur ipsum quid est, in terminis assignatur, & quomō est demōstratio, aut est definitio ipsius, aut non ē, dictum est prius. Quomō autem oportet uenari in eo quod quid est prædicantia, nunc dicamus. Eorum igitur quæ insunt semp unicuiq;, quædam se extendunt in plus, non tamen extra genus. Dico autem in plus inesse: quæcunq; insunt quidem unicuiq; uniuersaliter. At uero & alteri: ut est aliquid quod omni trinitati inest, sed & non trinitati, sicut ens inest trinitati: sed & nō numero. Impar uero & inest omni trinitati: & in plus inest. Et enim ipsi quinario inest: sed non extra genus. Quinarius quidem n. numerus est: non autē extra numerum impar est.

¶ Primo epilogat circa dicta, & inquit. ¶ Quomodo quidem igitur quod quid est in terminis assignatur: quia in terminis assignatur. (vt mediū) & quō est demōstratio ipse quost quid est: qm̄ est demōstratio (vt simul facta cū cōclusiōne) uel diffinitio eius, uel quid nominis: uel quid rei: uel non est, dictum est. Sic igitur dictū est prius ipsum quid est inter terminos demōstratiōnis assignari vt mediū. Dictū est etiā, ipse quid est esse definitionē nominalem: & dictū est ipse nō esse demōstratiōnē: sed in demōstratiōne accipi. Hæc de epilogo: subdit intentionē ad dicenda: & inquit. Quō autem oportet uenari ea, quæ prædicantur in eo, quod quid est: nunc dicamus. ¶ Animaduertēdū Arist. post ea: q̄ dixit de definitione ipsa: inter posuit quō per vnū quodq; genus cāe fieri possit demōstratiōne nec ab rōne. nā ex hoc patet qd̄libet genus cāe de finitionē assignari posse. Præterea ex hoc patet mediū & Sueti, sup̄ Poste. n ij

E

Dubō.

F

Solutio.

G

Tex. 17.

Cōstitutiō.

H

Notandū.

Duplici  
modus in  
ueniendi  
definitio-  
ne composi-  
tio & diuisio

causam idem esse. Completo ergo hoc aggreditur quar-  
tum propositorum. s. quomodo definitio inueniri possit.  
Est autem duplex modus inueniendi definitionem, com-  
positio. s. & diuisio, seu resolutio: & cum compositio prior  
sit: quoniam ab vniuersalibus atq; simplicibus incipit. Iō  
prius docet componere definitionem. Est autem (vt inqt.  
Philopo.) Methodus hęc cōmunis omnibus speciebus  
& vniuersalibus definibilibus indiuiduis exceptis, quorū  
neq; definitio, neq; scientia est, & quia definitio est cōpo-  
sitiō ex genere & differentia. Venaturus definitionē ali-  
cuius rei, docet sumere vniuersaliora illius rei & exceden-  
tia illam rem: non tamen quę excedunt illius rei: genus;  
nam quę non excedunt genus rei definibilis: cum com-  
ponuntur cum differentiis: non excedere debent rem de-  
finitam: sed cum illa conuertitur: cum horum compositio sit  
definitio illius: nam compositio talis non est genus rei: cū  
hęc cum genere conuertatur, genus non. Quare primo q̄  
excedentia definibilem rem sint extra genus, & quę non  
extra genus: exponit: & assignat hanc diuisionem, eorum  
quę insunt rei definibili: quędam excellunt rem ipsam:  
non tamen transcendent genus illius: vt impar inest trini-  
tatis: & quidem in plus, non tamen excellit numerum ge-  
nus trinitatis: quę insunt definito, & excedunt illius ge-  
nus, vt ens: inquit. Eorum igitur: quę insunt semper vni-  
uersaliter: intellige vniuersaliter & temporis, & subiecti vni-  
uersalitate: quędam se extendunt in plus, non tamen ex-  
tra genus illius: & exponit quę dixit, & inquit. Dico au-  
tem in plus inesse: quęcumq; insunt quidem vniciq; vni-  
uersaliter. s. & quō ad subiectum & quō ad tempus. At  
vero & alteri hoc est extra genus, vt est aliquid, quod om-  
ni trinitati inest, sed etiam non trinitati. i. & etiam extra  
genus trinitatis alicui: vt ens inest trinitati: & extra etiam  
alicui non sub numero cōtento: & ita extra genus. Impar  
vero & inest omni trinitati: & in plus inest, non tamē ex-  
tra genus numeri. Etenim ipsi quinario inest, sed non ex-  
tra genus. Quinarius enim numerus est, non autem extra  
numerus impar est. Ex his patet hęc diuisio, eorū quę  
alicui insunt vniuersaliter & semper, quędam insunt in  
